tur (con)i(ung)i actu exteriori. Sic ergo p(atet) q(uod) adoracio quinq(ue) dicit
actus interiores intellectus q(ui)nq(ue) exteriores s(cilicet) corporis, intelligendu(m)
t(ame)n q(uo)d d(icit) actus exteriores d(icit) ip(su)m in o(mn)i ad actus interio-
res ut (con)signandu(m) ut sup(ra) in nobilibus dictum (est). Sic ergo p(atet)
(est) ad actu(m) primu(m). Et etiam adoracio corporalis i(n) sp(irit)u sit
inquantu(m) ex spirituali devocione procedit et ad eam ordinatur.
Ad s(ecundu)m dicendu(m) q(uod) sicut oro primordialit(er) (est) q(ui)d(em) in mente, secun-
do aut(em) in verbis (con)s(er)vitur, ita etiam adoracio p(r)i(nc)ip(alite)r quidem
interiori dei reverencia (con)sistit. Sec(un)do aut(em) in corporalibus humilitatis
signis, sic in genu flexione etc. ut sup(ra) habitu(m) est. Ad t(er)ciu(m)
dicendu(m) q(uod) et si p(er) sensu(m) deu(m) attingere no(n) possumus, p(er) sensibilia
tame(n) signa mens n(ost)ra provocatur ut tendat in deum. Con-
clusio. In sc(ilicet) no(n) sit tres sp(eci)es adoracionis. Ar(guitur) p(rimo). Dulia enim no(n)
distinguitur a latria, q(uia) p(ro)p(ter) deo enim no(n) debet(ur) nisi unus ho-
nor s(ed) s(ecundu)m q(uo)d infra p(ro)bit(ur) s(ed) debet(ur) ei dulia et latria
sub dicit glo(sa) sup(er) illud ps. Domine deus meus in te spe-
raui. Domine omniu(m) p(er) potentia(m) cui debet(ur) dulia. Deus omniu(m)
p(er) creatione(m) cui debetur latria. Ergo latria et dulia sunt ide(m).
Item magis et minus no(n) diversificant speciem s(ed) latria et
dulia differunt sic maior honor et minor q(ui)a deo cui
debetur latria magis honorandus est q(ua)m p(ro)ximus cui
debetur dulia. Igitur. Th(eo)l(ogica) honor debetur a(liqu)o ra-
tione excellentie, quem ipso est honor (et) aut unius nos
excellencia divina et humana et ideo no(n) (est) hoc unius rationis.
Unde (con)petit q(uod) latria et dulia differat sp(eci)e ut sup(ra) declara-
tu(m) est. Ad primu(m) argumentu(m) dicendu(m) q(uod) etiam dulia accipit(ur) ibi
s(ecundu)m generalem significatione(m) et analogiam s(ecundu)m qua(m) generis
est ad latriam et duliam sp(eci)e dictam. Tercia dulia d(icit)
quantu(m) ad p(ro)prietate(m) vocabuli servitute(m) que movetur de-
creatur. Et q(uia) deo debetur servitus ut honor s(ecundu)m mo(dum)
p(ro)prietatem, ideo nomen dulie ... tra(n)sfert(ur) et hoc app(ar)et.

ad honorem creature / quia non addit aliquam dignitatem ad dig-
nitatem pertinentem supra quem ad finem qui dicebatur magis et minus
non diversificat speciem / Dicendum quod hoc est instantiam / et non est
veritatem quantum ad speciem in genere moris / preterea non est veritatem
nisi quod non est alia dicta / quia per magis et minus / Sic ad non est in
proposito / Tamen latria et dulia non differunt solum quantum ad in-
tensum et remissum / sed etiam quantum ad aliud colendi modum
eo quod alia ratio reverentie et honoris invenitur in deo / et in homine
ut supra ostensum est / Item dulia non est species diversas / ideo si-
lud erit duplex modus adorandi / sive due species scilicet latria et du-
lia simpliciter / arguitur dulia tamen dicitur contra latriam / sed latria non di-
viditur per species / igitur nec dulia / quia quot modis dicitur unum oppositorum
tot modis et reliquum / Item dulia attendit bonitatem vel
excellentiam creatam / sed talis quidem invenitur in omnibus quibus debetur
dulia igitur non diversificatur / Contra quod habitus diversificantur
per actum / et actus per obiecta / vel ubi invenitur diversa ratio obiecti
oportet quod sit actus et etiam habitus specie differens / cum ergo honor debeatur
alicui ratione excellentie quam habet / et non sit eiusdem rationis ex-
cellentia in diversis / ideo oportet quod sit alia ratio honoris / et
alia virtus secundum speciem que diversis honorem exhibet / non enim
idem honor debetur patri et regi / et magistro / et huiusmodi / ut patet
in quarto Ethicorum / inter omnes autem alias rationes excellentie / illa
est precipua qua creatura honoratur / propter unionem ad creatorem
sicut humanitas christi / que ad ipsam pertinet / et ideo speciali no-
mine yperdulia vocatur / quasi supra duliam / ad latriam accedens
Ad primum argumentum dicendum quod excellentia creatoris est unius rationis
/ et ideo latria que hoc attendit est una tantum / nec est simile de
dulia / quia in creaturis sunt diverse rationes excellentie / Ad
secundum dicendum quod excellentia creata non est unius rationis in
specie / licet sit una secundum genus / ideo et dulia per species di-
viditur / Ad tertium dicendum quod gradus excellentie possunt acci-
pi dupliciter / vel secundum quantitatem tantum / et sic sunt infiniti / et non di-
versificant speciem dulie / quia sic species dulie essent infinite
secundum infinitatem excellentiarum / vel secundum rationem / et sic diversificant
et non sunt infiniti / Consequenter queritur / de quo dicitur quod la-
tria soli deo et nulli creature / Et respondet secundum se considerate
est exhibenda / probatur / quod latria exhibetur deo ratione dominatio-
nis / respectu vero principatus dicitur deus / ergo ei soli latria
debet exhiberi / Item deum est adorandum adoratione la-
trie in templo suo / secundum quod dicit propheta / Introibo in domum
tuam et adorabo te [illegible] corpus membrorum vestrorum est [illegible] templum
[illegible] / secundum quod dicitur / ad Corinthios / nescitis quod hominibus
spiritus sancti

membra xpi misterium adorare latrie et adorandum. Nonne
quod aliquid quod est in multis, sed in aliquo eorum secundum modum specialem
invenitur, habet etiam nomen speciale, sicut patet in virtutibus dictis
similiter. Similiter cum obsequium possit domino sibi exhiberi speciali
quadam et supremo modo deo debetur, quia in eo est summa racio
magistratus et dominii, et ideo obsequium vel famulatum quod ei
debetur specialiter nomen induitur, et dicitur latria, et hoc alio nomine
explicat servitus, quantum enim pro eo quod deo in obsequium exhibetur
sicut sacrificia, genuflexiones et huiusmodi. Cum quidem autem ipsa
exhibicione, quantum vero pro habitu quo exhibetur obsequium. Secundo
latria non est virtus sed nomen virtutis. Ideo autem non est actus
virtutis. Tercio vero est virtus et nominatur hec virtus quatuor no-
minibus. Dicitur enim pietas, quantum ad affectum devocionis, quam
secundum ostendit. Dicitur etiam theosebia, id est dei cultus, vel euse-
bia, id est bonus cultus, quantum ad interiorem attencionem, sic enim
coli dicitur quod studiose intenditur. Dicitur eciam latria, id est
servitus, quantum ad opera que exhibentur in recognicionem dominii quod
deo competit super omnes creaturas. Dicitur etiam religio, quantum
ad determinacionem operum ad que homo se alligavit in cultu
dei dedicatur, quibus in omnibus nominibus una et eadem virtus nominatur
secundum diversa que ad ipsam pertinent, ut habetur in scripto tercio. Spa
vero pro solucione argumenti est sciendum secundum ipsum. Deus est primum
et finis omnium, et inquantum est primum principium adoratur cum la-
tria. Inquantum vero est finis ultimus, finem inquam eorum reducendo
et ad ipsum innata pro aliis creaturis colitur, scilicet hominibus et
angelos, ideo omnibus solo deo serviendum est, tamen possumus frui
homine in deo, sicut dicit apostolus et augustinus, et in comparando ab ipso
sit a primo creante, non innatum per aliquam creaturam, sed
immediate creavit nos. Et ideo honor latrie est soli deo ex-
hibendus, non tamen in ipso consistitur sed in participacione
sue bonitatis, vel honoretur uno honore cum ipso, sicut caro
xpi et ymagines eius. Dicendum ergo ad argumentum primum quod vi-
sio per participacionem illam non efficiuntur secundum principium in-
que, et ideo non debetur eis latria. Ad secundum quod obiciebatur
quod deus adorandus est in templo. Dicendum quod sermo est de templo
ab homine fabricato, et de templo a spiritu sancto sanctificato, quia
templum primum corporaliter est inductum in aliud et institutum
propter aliquid aliud, ita quod in se non est dignum cum quo
debeat adorari, sed propter ipsum cuius est, quod in ipso colitur. Non
sic autem de templo anime fidelis, scilicet enim aliquid in se
racione cuius potest esse capax et particeps honoris, non tamen
latrie sed dulie, ut dictum est secundum infra probabitur. Tercio nego
impossibile divinitas est nobilior quam hec facta est humanitas

sed ymagines dei quales stat que adorantur latria / ergo multo fortius
viri sancti / in quibus deus suam ymaginem impressit / et reformat
Et Abraham ut legitur Gen. xviii tres viros qui angeli erant
ut augustinus exponit adorat adoracione latrie / ergo videtur quod et
aliis viris sanctis quos deus inhabitat latria exhiberi pos-
sit / igitur non soli deo / Ad primum dicendum quod homines sunt ymagines dei per
participacionem sue bonitatis similiter expressam similitudinem / et hoc
dat rei bonitatem / et in vere tamen esse rebus ipsa secundum se honoran-
da / Sed ymagines picture non sunt ymagines per similitudinem naturalem
sed per institucionem ad significandum / Unde quod hic non acquiritur eis nisi
honor relatus ad aliud / Unde ymago sancta non se offert tamen ut du-
ctiva in aliud / sed ut res solis et specialis? / et dicitur honore
et ideo honor sibi exhibitus / non totaliter refertur ad protho-
typum .i. ad principale figuratum / sic in ymagine sculpta / Unde
propter duplex periculum metuendum et ex parte adorantis et a parte adora-
ti / non debet deus in ymagine que est sancto latria adorari / unde ne
adoratus superbiat et extollatur permanens gloriam putando quod
honor ille sibi impendatur et stat / et ne adorans cadat in
adolatriam / aspiciendo tamen ad sanctam humanam / Ideo statuit
Ecclesia / quod potius contra ymagine instituta stat adoracio / quam contra
homines / quibus quamvis sit debitum adoracio [illegible] per homines / quia est
ymago dei / ne ullo periculo non sancte per actus bone scandali
quod aliquis sibi inde possent assumere / Unde dicit alexander / quod licet
homo non possit adorari latria / potest tamen esse materia adoracionis la-
trie / inquantum est ymago ducens ad deum cuius est ymago / Et ideo a-
doracio dulie debetur ei / Unde dicit Johannes damascenus in quarto libro
a principio deus hominem secundum suam ymaginem fecit / cuius igitur gracia
nos ad invicem adoramus nisi quod secundum ymaginem dei facti sumus / sicut
enim ait magnus Basilius / honor ymaginibus ad prothotipum
pervenit .i. ad exemplar / Est enim prothotipon prima figura
sive figura exemplaris / ad quam figura est ymago / et sic protho-
typum est illud quod ymago representat / Et quia dicitur aliquo
Ad quintum dicendum quod homo in racionalis creatura possit esse materia adoracionis
latrie / racione ymaginis / non tamen creatura irracionalis / racione vestigii
racionem assignat / quia vestigium non ita immediate ducit in deum
quemadmodum ymago / Vestigium enim deviatur in creatura
irracionali secundum unitatem bonitatem et veritatem / que solum du-
cunt in appropriata trinitatis / Sed ymago in creatura racionali deter-
minatur secundum memoriam intelligentiam et voluntatem / quia quod
quia ducit in propria immediate referuntur ad trinitatem
quia ergo illud solum quod immediate ducit in deum / potest esse materia
latrie / vestigium autem ducit in deum mediate / sequitur quod non potest esse
materia latrie inquantum huiusmodi sed ymago / Sic ergo patet quod deus potest
adorari in ymagine / non in vestigio / inquantum est res / In-
tantum vestigium .i. creatura irracionalis effectivus signum .i. ymago

per institucionem et excitat ibi, ut lapis quem erexit Jacob Genesis
xxviii. Erat signum et figura ipsius Christi. Et secundum hoc signatum
adorabatur latria. Tercio sciendum dicendum quod isti angeli et creature
racionales erant et non representatione trinitatis ipsi Habrahe apparue-
runt, et utrumque horum ipsi Habrahe notum erat. Et inquantum creature
rationales erant exhibuit eis Habraham non adoracionem latrie, sed vene-
racionem dulie, et ministerium honorificencie. Inquantum autem signum tri-
nitatis erant exhibuit eis Abraham latrie, non inquantum signo
sed ipso signato, adhuc enim specialiter apparebat. Non enim appa-
ruerat Abrahe in persona nature sed in assumptis corporibus que ymaginibus
assumptis. Non inquantum erant heri genus trinitatem representantes po-
terant adorari latria. Non autem inquantum representabant ipsos an-
gelos. Non propter autem est de virtutibus scientis, quod et si in eis posset co-
gnosci trinitas, non tamen sic representant et speciali institucione et di-
vina imposicione, et ideo non est eis exhibenda latria, nec quantum
ad id quod sunt, nec quantum ad id quod per eos intelligitur. Item in
Apocalipsi dicitur quod Johannes cecidit in faciem suam ut adoraret
angelum, et dicitur ibi quod angelus non permisit. Aut ergo Johannes
adorare voluit adoracione latrie aut dulie. Si latrie, ergo
non Johannes recte fecit, quod vir sanctus erat non reprehenditur
tanquam ydolatra, scilicet ordo latrie potest exhiberi racionali creature
igitur non soli deo. Si vero dicitur quod Johannes voluit adorare a-
doracione dulie. Contra dulia debetur angelis bonis, ergo male
faciebat angelus quod prohibebat eum ab adoracione quam debe-
bat. Item corpus Christi verum refertur ad corpus Christi misticum tanquam
signum ad signatum, ergo per signatum est nobilius signo, corporis
Christi misticum est magis tale ergo nobilius, quam corpus Christi verum. Sed
verum corpus Christi adoratur latria, ergo non et corpus Christi misti-
cum, ergo non solus deus. Item confirmo hoc idem. Eadem ado-
racione adoratur caput corporis et alia membra, scilicet non solummodo
deus adoratur latrie est adorandus. Tercio primum dicendum quod Jo-
hannes noluit adorare angelum adoracione latrie, sed dulie, et
per hoc quod non debuit eum prohibere dicendum. Et immo triplex racio-
nem: prima quidem est propter dignitatem ipsius Johannis, si excellentior erat
multis angelis. Secunda vero propter vitandum errorum, ne aliquis cogno-
sceret quod angeli adoracione latrie deberent adorari. Tercia vero ideo est
propter manifestacionem exaltacionis dignitatis generis humani, genus enim
humanum exaltatum fuit per Christum supra naturam angelicam. Non enim angelis
angeli in veteri testamento patiuntur sed dulia ab hominibus adorari.
In novo tamen post glorificacionem humane nature in Christo non paciuntur
sibi illam naturam subicia, quam ad dignitatem prius videt considerare.
Et hec est de speciali beati Gregorii. Tercio secundum non diceebat corpus
Christi misticum esse nobilius corpore Christi vero. Quod per loquuntur de

corpe xpi vero put diuinitati vnitu/ sermo ille nō hz veritatez ymo
multo nobilius est corpus xpi misticu/ nā corpus misticu nō ē di-
uinitati vnitu in vnitatez psone/ sz corpus xpi veru/ et io nō
tanta est ei exhibenda honoris excellentia/ Et si obiciat
q signatu est nobilius signo/ dicēdu/ illud vez est/ qn signatu
ē causa signi/ nō sic aut ē in pposito/ pcipue corpus xpi veru
nō dr esse signu corpis xpi mistici/ ni inquantu latet sub sacrame-
to/ et sub lapsus spēz continetur et sensibus apparens/ Ad
aliud cu dicebatur/ qr eadez adoratione adorat caput regis/ et
mēbra alia/ dicendu q nō ē simile/ qr caput regis cu mēbris
aliis sunt ē eiusdē nature/ Cristus aut q est caput nrm
pter nām humanā/ in qua comitat nobiscū/ hz diuinā
nāz/ in qua supexcellit omnez creaturaz/ et ideo rone illius
talis honor ei competit/ qualez nulli creature ē exhibendus

Circa hanc autem materiam hic plura possent adduci/ an vz de-
latria adorandus sit ratione potentie vel veritatis vel bonitatis diui-
nitatis/ an sit adoratio tribus psonis trinitatis/ qua sz adora-
tur pr et filius et sps sanctus/ an alia et alia/ an adora-
tione equali adoretur deus inquantu deus/ et inquantu dominus
/quia tn insius dia [illegible] tractare oia ista conuenienti tra-
ctari poterint/ ideo ipsis ad pns dimissis/ Aliquid adhuc q
circa predicta sit et vltimo/ Si deus adoratione latrie est
adorandus/ vel ergo [illegible] sicut debet sm adorationez interi-
orez/ vel etiaz sm aliquos ritus corpales de quibus supius dictu ē
/non sic ut videt/ dicit eni Joh iiij. Spiritus ē deus/ et eos
q adorant eum in spu et veritate adorare oportet/ ergo nō ex
q eum colamus actibus corpalibus ut pote genuflectendo vel
cantando/ Item deus vbique est ergo nō debemus magis ad
orientez adorare/ qz ad aliam ptez/ neqz plus in vno loco
puta in ecclesia qz in alio/ Sic supius dictu ē duplex
ē adoratio/ sz interior et exterior in signis corpalibus/ Et q-
re talis adoratio corpalis fieri debeat dictu ē/ Ad argu-
mentu dicendu/ qz licet deus sit spus tn ē creator corporis et
ideo pncipalr ei in spu seruire debemus/ secundario aut et in corpore
/et ideo etiā vocaliter oramus/ ut sibi nō solū spus sz etiā
lingua et mēbra obsequantur/ et ut nosipsos et alios ad lau-
dem dei excitemus/ Ad scdm dicendu q licet deus vbique sit
ipsius orientez tribus de causis/ primo ppt significationē quia
a deo ē nobis mētibus illuminatio sicut lumen corpale ab ori-
ente/ Scdo qr ē nobilior ps orbis/ et qd nobilius est ē
apud nos decet deo/ Tercio ppt exempla quorundam nobilium ipsi in
oriente quia ipse mouet celū &c/ Alia de ista materia vide in alio
volumine scripto in sexta papiro sub titulo quartus questionis

Xinmete dicta clementia prima pte misse expedita vz de preparatione pte Iam de
amplicte restat tractare de secunda pte misse scilicet dicta instructoria eiusdem Et ideo ordine est supra dicta
in precedenti divisione Prima vocabile est ut ad predicat lectionem et per orationem septima lectio
est p lectionem instructione de diversis mandatis et de declaratione credende veritatis Nam
x the debz tenere fidelium ordo et oblacio ut cognoscat dei voluntatem et ei se conformat

De octavo principali scilicet de salutatione sacerdotis Sacerdos finita gloria
in excelsis vertit se ad populum salutando ipsum dicens dominus vobiscum i. dominus conuertat
vestrum affectum et voluntatem bonam et est sumptum de libro Ruth ca° ii°
ubi Booz salutat messores suos et Iudic vi° Angelus salutans Gedeonem
dixit dominus tecum virorum fortissime Et ista salutatio imitat salu-
tationem quam christus fecit discipulis suis post resurrectionem quam salutationem
sacerdos premittit ante orationes ut populum reddat attentum quia eius intentio
ad deum dirigatur Et exponit sic dominus vobiscum i. dominus in vobis mane-
at et vos semper vite eterne remuneret et petitionibus vestris effectum
tribuat ut gratiam dei impetretis perseverantes in illa Aliter exponit
dominus vobiscum i. dominus per suam gratiam vos visitet et vobiscum maneat
sanctificet ut sit petitiones vestre effectum consequantur Chorus respondet Et
cum spiritu tuo quod sumptum est de secunda epistola pauli ad thimotheum ultimo
ubi dicit dominus iesus christus cum spiritu tuo et est sensus est enim per nobis
sunt preces ad deum et quia tu illas preces apportas et ascendit
que de bono corde procedit oramus et nos pro te similiter ut
iste sine quo nullum est bonum sit cum spiritu tuo ut quod a te ore
profertur et in ore tuum sonitur sit tecum in corde et in te maneat
Sed quare plus optat sacerdoti quod dominus sit solum cum spiritu eius et
non cum toto sacerdote cum tamen sacerdos dicit dominus vobiscum ne
solum in spiritu scilicet et in corde sed sic respondet quia in hac intentione plus
se totaliter offert ad actionem immolationis sacerdoti et ad impetrandum
petenda ad quam immolationem ad impetranda sacerdos procedit In
qua per spiritum totaliter elevatur et ab omni terreno prorsus ab-
stractus debet esse et ideo dicit et cum spiritu tuo scilicet ut detur
intelligi quod sacerdos debet esse totus spiritualis Et nota quod ista salutatio
dominus vobiscum ad preces spectat sacerdotis Sed episcopus perfectus debet
esse et expressam similitudinem christi gerit ut se vicarium christi ostendat
dicit pax vobis quia
prima oratio prima pace verbo domini dicentis ioh 20 pax vobis
fuit prima vox domini ad discipulos cum post resurrectionem eis apparuit
quia In prima detur vobis pax pectoris et cordis et in futuro pax et 2
quietis Ac ultra dicit ioh enim pacem meam relinquo vobis pa- 2
cem meam do vobis Et episcopus oraturus mitram deponit ut sic
nudo capite sicut et alter sacerdos orationem compleat quia vir
secundum apostolum revelato capite debet orare quare inter ipsum et deum
nullum maneat sit velamen ut revelata facie domini gloriam
contempletur Postea ad instar ceterorum sacerdotum dicit dominus
vobiscum ut sic primum esse et ipsis ostendat Item notandum quod pluries se- 2
ptem vicibus salutat in missa hic exclusis septem viciis capita- 2
libus gratiam spiritus sancti suscipiat septiformem Misterium enim misse
ad septem dona spiritus sancti refertur sex vicibus in missa dicit dominus
vobiscum et una vice pax domini quod loco pro salutatione habetur et
ergo in iiii or temporibus salutatio ante primam collectam obmittitur ne
numerum septenarium transgrediam Prima salutatio sit ante primam
collectam et refertur ad spiritum sapientie quia tunc ibi recolit quo dei
sapientia intravit ad salvandum nos Secunda sit in principio evangelii
per quam intelligitur spiritus intellectus quia circa evangelium recolitur et predicatio
quam episcopus enim predicavit ut illuminando intellectum nos doceret Tertia post credo
per quam intelligitur spiritus consilii quia ibi recolitur quo christus
secreto dei consilio passioni se obtulit ut redimeret nos Quarta
in principio prefationis per quam intelligitur spiritus fortitudinis quia
ibi recolitur et crucifixio christus enim in cruce pendens diabolum

Dominus vobiscum
nex cum possibilitate
et secundum capitulum vivat
Et hec post secunda princi-
palis dividitur in viii
partes unius principales
In prima dicitur de dominus
vobiscum et de orationibus
In secunda de epistola In
tertia de Gradualis et
alleluia In quarta de
tractu seu de tractibus
In quinta de prosa In
sexta de Evangelio
septima de Symbolo
In viii de expositione
eiusdem Quanto ad
primum dicit sacerdos dominus
vobiscum quod scribitur Ruth
secundo capitulo et exponitur
sic i. dominus in vobis
maneat etc

Nota quare septies in missa
fit salutatio et
exclusionem septem
viciorum capitalium
ioh 20

expugnat et nos a morte eterna liberat / Secunda ibi Pax domini in
qua spiritus sancti impetrat / qua Christi resurrectio recolitur / quia Christus resurgendo
salutavit discipulos suos / et eis se solum apparuit / ut nos clarificet / Tercia
in principio oracionis / per commixtionem in qua est ascensio recolitur / per quam
splendus pietatis insignitur / quia sola pietate humanitatem suam super astra le-
vavit / ut nos exaltaret / Quarta in fine ante benedictionem / qua
recolitur Christi adventus ad iudicium / ut statim spiritus timoris reducitur
quia angeli tremescunt cum venerit ad iudicium / ut nos glorificet / Et
quinquies sepe ecclesiam salutet ut dictum est / tamen solum quinquies in istis
salutacionibus se ad populum valuit / et hoc fit quinque apparicionis / quas Christus
fecit suis discipulis in die resurrectionis magis approbate et certe / Prima ,vertit
fuit Marie Magdalene Joh xx et Marci ultimo / Secunda eidem et aliis
mulieribus redeuntibus de sepulchro cum dixit Avete Math ultimo
Tercia Petro que apparicio designatur per tacitam volumen que fit per ,, versionem
manuum locucionem / ubi sacerdos nichil alte dicit / quia illa requitat appa-
ricionem Petro de qua non fit mencio in ewangelio / tamen ubi aut quomodo
facta sit vel fuerit / Quarto duobus discipulis euntibus in Emaus Luce
ultimo / Quinta in domo absente Thoma / Post hoc sacerdos petitum de sua
sanctitate confidens universalem ad se colligit ecclesiam dicens Oremus quasi
diceret orate simul mecum omnes ut quod postulamus cicius impetremus
quia fiducialiter dominus multitudinem exaudit / dicendo Oremus / hortatur
ad orandum alios / quia et ipse Christus monuit orare discipulos suos dicens
Vigilate et orate Math xxvi / Sexta ipse sacerdos oraciones pronunciat que
nominantur collecte / Dicitur autem collecta pro eo quia super populum colle-
ctum et congregatum dicebatur ut habetur de conse di i / Et hec oracio-
nes sic dicuntur collecte que fiunt super collectionem populi / scilicet cum
populus colligitur ad stacionem faciendam / ad processionem de una
ecclesia ad aliam / Et dicitur collecta / quia sacerdos qui fungitur legacione
populi stat quasi mediator inter deum et populum / peticiones populi in eis colli-
git / et concludit in quibus deprecat et pro universis necessitatibus spiritua-
libus et temporalibus / Dicitur autem in dextera parte altaris / quia per dexteram
bona eterna / et per sinistram temporalia designantur / ut quod ordinate quia eterna
et spiritualia primo petere debemus iuxta illud Math vi° Primum querite
regnum dei / Ideo collecta dicitur in dextera parte / ps cx / ideo quia oraciones
in nomine eius fiunt qui sedet ad dexteram dei patris Math ultimo / Ideo a
dextera parte dici debet / Sciendum est quod quondam varii fuerunt in dicto
rum et varietas nimia excrescebat / quia africanum concilium
constitutum statuit / ut nulle preces vel oraciones vel prefaciones dicantur / nisi in
conciliis fuerunt approbate / Post hoc Gelasius papa oraciones et collectas
tam a se quam patribus antiquis in unum ordinat / Deinde autem Gregorius seculo
ea que nimia vel minus concinna videbat resecans / con-
gruam multa nichilominus necessaria superaddens / Albertus vero magnus
dicit / dicendo dominus vobiscum etc. li. xlviii / Deus dedit in celebracionibus
decus et ornatum Christus usque ad consummacionem vite / hoc enim de beato Gre-
gorio dicitur qui resecans superflua / et apponens necessaria / et ordinans con-
fusa dedit decus ecclesiarum in celebracionem officii divini / et quia festi-
va et pro festorum dierum ornat spiritus universaliter dici officiis
usque ad vite eterne perfectum consummatum / Ideo postquam ornat primam
partem misse in qua invocatur dominus desiderio cleri / et acclamacione
populi locutus est verbum bonum verba bona pacifica / ipsa promittens
pacem per adventum Christus / Statim secundam partem misse hic instruccionis
et manifestacionis veniendis / Hec enim incipit statim post Gloria in excelsis
in festis / et post acclamacionem Kyrieleison in profestis diebus / Hec

Albertus

Sincopta

aut instructio durat usque ad offertorium exclusive. Habet enim duas partes
quia primitus instructio imperfectorum, et secundo instructio perfectionis et perfec-
torum. Incipit in evangelii lectione. Prima Cor. iii: Ego fratres non potui
vobis loqui tamquam spiritualibus sed tamquam carnalibus, tamquam parvulis in
Christo lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis. De instructione
autem perfectorum et perfectionis aliquibus interpositis ibidem dicit: Sapientiam autem
loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius seculi, qui destruuntur. Sed (q. distruet)
loquimur dei sapientiam in mysterio dei absconditam. Unde etiam Matth. xiii
Christus ihesus est hec forma doctrine, quia indoctis loquebatur in corporalibus pa-
rabolis, et apostolis exposuit mysterium perfecte veritatis dicens ad perfectos:
Vobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem scilicet indoctis
in parabolis. Attendens enim beatus Paulus verbum apostoli Ro. i: Sapientibus et
insipientibus debitor sum, ita quod in me promptum est ordinat. Unde
instruxit primo imperfectos, et adducit secundo in perfectius acri-
per illuminatos. i Cor. xv: Si est animale est et spirituale. Sed non prius quod
spirituale est, sed quod animale, deinde quod est spirituale. Hunc etiam ordinem secutus
est dominus qui ordine sue sapientie voluit quod predicatio Johannis precederet
suam predicationem, per quam sua predicatio facilius induceretur et cer-
tius probaretur. Et hanc doctrinam sequitur lectio epistole. Et quia Johannes
predicatione induxit que sunt finis legis et prophetie, et Christum digito de-
scriptum demonstravit, ideo lectio illius instructionis aliquando fit de lege,
aliquando de prophetis, aliquando de apostolorum verbis, in quibus Christus quasi predicto digi-
to gratie quod Johannes monstravit recepit demonstrationem. Matth. xvii: Et
in monte cum Moyse et Helia discipulis apparuit et ut sol refulsit,
per quod significatur quod facies cognitionis eius ut sol refulget in orbe
cordis per verba Moysi et prophetarum, quorum examine fuit He-
lias, et demonstrat lumen eius et veritas verbis discipulorum. De Moyse
enim dicit dominus Joh. v: Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et michi. De
me enim ille scripsit. De scriptura prophetarum dicit ibidem: Scrutamini scri-
pturas quia ipse sunt in quibus vos putatis vitam habere, et ille sunt que
testimonium perhibent de me. De discipulis autem dicit Act. i: Eritis mi-
chi testes in omni Judea et Jerusalem et Samaria et usque ad ultimum terre.
In hiis ergo libris consistit doctrina ~~introductoria~~ introductoria et im-
perfectorum. In doctrina autem evangelica doctrina perfectionis et perfectorum.
Ad doctrinam autem epistolarum que est instructio imperfectionis adiunguntur
quedam ad eam autem disponentia, et quedam subsequentia ex parte ipsorum
instruendorum de profectu instructionis respondentia. Et ideo ista pars instru-
ctionis tres habet partes: antecedentia, et ipsam doctrinam, et ipsam sub-
sequentia. Antecedentia scilicet sunt Dominus vobiscum et collecte. Ipsa doctri-
na est in epistola, et subsequentia signantur in graduali et tractu et
alleluia. Et sequentia antecedentia quod duo sunt salutatio instructionis
et oratio ut deus appareat instructorum ad instructionis effectum. In salu-
tatione autem consideranda sunt novem. Querere hic qui loco dei est in missa
episcopus vel sacerdos conversus ad populum salutat, et quare aliter episcopus
et sacerdos salutat, et quis sit modus salutationis, et quis modus
instructionis. De primo notandum est quod sacerdos vel episcopus in dextro
cornu altaris stans conversus vultu ad populum salutat, et in dex-
tro quidem stat cornu quia per dexteram spiritualia signantur et boni qui in
dextera dei locabuntur. Et ideo dicitur Luce iiii: Mittite in dexteram
navigii rethe, quia rethe predicationis et instructionis ad spiritualia con-
vertendum est. Convertit autem vultum is qui loco dei est ut ope ostendat
quia vultus sue notitie in scriptura legis et prophetarum refulget sicut in
speculo, et aperte demonstrat in lectione, in scriptura legis et discipulorum

Ysa lij Videbunt oes fines terre salutare dei nri / Nu vj ostendat
deus faciem suam tibi / et misereatur tibi / Gen xxxij vidi dnm facie ad
faciem / et salua facta est aia mea / Ps illuminet vultum suum super
nos / et misereatur nri / Nu vj Conuertat dns vultum suum ad te
et det tibi pacem / Sic ergo qui loco dei est / stet a dextris altaris / sic
zacharias pontifex Lu j cui apparuit ei gabriel angelus appa-
ruit enim ei angelus dni stans a dextris altaris incensi / in qua
parte ecce stetit zacharias sacerdos et ipse angelus dni est / in per-
sona dni in altari apparens Mal ij labia sacerdotis custodiunt sciam
/ et legem requirent ex ore eius / quia angelus dni exercituum est / Con-
uertat aut vultum ad instruendos quia dns de se noticiam fecit suis
clarus vult / stetit inter eos Lu xx stetit ihus in medio discipulorum
suorum / Causa aut quare dicitur ipse et sacerdos salutat est / Prima quia
qui superiori fungitur officio loco ... pacem [illegible] ad subditos / Primo cum
salutaret quam xpus habuit ad discipulos fuit pax vobis / et ideo ecce qui
loco dei est similem salutacionem ad subditos habet / pax vobis Math x
In quamcumque domum intraueritis / primum dicite pax huic domui / et si ibi
fuerit filius pacis requiescet super eum pax vra Sacerdos qui est in
inferiori officio / non audet eisdem verbis uti / sed utitur verbis sanctorum
patrum / qui dixerunt dns vobiscum Booz dixit messoribus suis Ruth
ij Secundus aut salutacionis est / quia sacerdos dicit dns vobiscum et
non deus / vel ihus / vel xpus vobiscum / quia hoc nomen dns possessionem
significat / vnde omnis xpianus simplex debet ... / quod non dicit / deus / vel
ihus / vel xpus / et ideo dicit ... Gen xxviij Si dns deus fuerit mecum
in via qua ego ambulo / et custodierit me cum salute / et dederit
michi panem ad edendum / et vestimentum quo operiar / erit michi
dns in deum / Nobiscum aut ex vi modi loquendi / quia quandoque unus cum
alio esse dicitur principalitas notatur esse in re ablatiui / et ministeri-
um in nominatiuo / sicut miles dicitur esse cum rege / et non econuerso
rex esse / dicitur cum milite / Videtur ergo quod cum principalis sit deus ad
nos habens auctoritatem / quod non deceat dici dns vobiscum / Sed pocius sit vos
sitis cum domino / maxime cum dicat apostolus j Cor iij Dei enim ad-
iutores sumus / Ad hoc dicendum quod in nobiscum hec ppositio cum associacionem
dicit / et hec societas potest esse duplex / scilicet simplex / vel in associacione
duorum ad tercium / et quando notat associacionem simplicem / tunc re
vera notat principalitatem in re ablatiui / sicut obiectum est Sicut
Sicut cum dicitur miles est cum rege / quia in talibus ablatiuus supponit
personam principalem que mouet et continet personas alias
sicut rex Si aut duorum notat associacionem ad tercium / sic ppositio cum
notat parcionem societatis / sicut dicitur rex cum milite in bello
/ quia tunc fortitudo regis facit militem pugnare et vincere Ps cum
ipso sum in tribulacione / eripiam eum / et glorificabo / et sic sumitur
hic / Dominus enim vocatur esse nobiscum / ad expugnandum hostem
et perficiendum sacramentum / et ut licet dictum sit / dicimus quod
a sacerdote dns quatuor modis optatur esse nobiscum scilicet in volunta-
tis sue conformitate / In veritatis ope / In potencie sue demonstracione

In gratie sacramentalis participatione In hostium depugnatione De quo
horum modorum dicitur Math xxvi Non sicut ego volo sed sicut tu
vis Luce xxii Non mea voluntas sed tua fiat Est enim hec con- q^r conformitas
formitas quadruplex scilicet secundum materiam volitam ut volumus hoc est
quod deus vult Mat xxvi Non quod ego volo sed quod tu Secun- 2
da conformitas est in forma volendi ut ex eadem caritate
velimus hoc quod volumus et qua caritate deus vult hoc quod
vult Math vi Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra
Tercia conformitas est in fine voluntatis ut scilicet ad eundem 3
finem velimus quecumque velimus ad quem deus vult hoc quod
vult hoc est ad gloriam suam et hoc innuitur Math v ubi dicitur
videant vestra bona opera et glorificent patrem vestrum qui in celis
est i Cor x Sive manducatis sive bibitis sive aliud quid
facitis omnia in gloriam domini facite Quarta autem conformi- 4
tas est in causa efficiente ut velim hoc quod deus vult me
velle sequi consilium et quando facit me patrem voluit me velle
promissionem filiorum Et sic est de aliis i Thes iiii Hec est voluntas
dei sanctificatio vestra ut sciat unusquisque possidere suum vas
in sanctificatione et honore non in passione desiderii sicut et gen-
tes que ignorant deum Sic ergo dominus optatur esse nobiscum in
conformitate voluntatum quia voluntas in deo errare non potest
Est item nobiscum in virtutis operatione sicut Math ult Ecce ego
vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem seculi
Isa xxvi Omnia opera nostra operatus es in nobis domine Est item no-
biscum in sue deitatis et fortitudinis demonstratione Iudic vi
Dominus tecum virorum fortissime et inde Gedeon Si deus nobi-
scum est cur invenerunt nos mala Respondit angelus Vade in
hac fortitudine tua et delebis castra madian et sic est factum
Dicitur ergo dominus vobiscum in gratie sacramentalis participatione Sic
dicitur Luc i Dominus tecum benedicta tu in mulieribus hoc enim dicitur
de participatione divina quam deitatem in corde secum habebat Est ergo nobi-
scum in pugna ii Paral xx O iuda o ierusalem nolite timere neque pa-
veatis eos cras egredimini contra eos et dominus erit vobiscum
Considerandum autem est quare populus dicenti
go est modus salutationis ta-
li modo resalutet Non enim dicit Et dominus sit tecum vel aliud huiusmodi
sed dicit Et cum spiritu tuo Huius autem tres sunt cause Quarum prima
est quia sacerdos stans ad altare totus debet esse in spiritu Secunda
est quia spiritus hominis errat frequenter Tercia causa est quia in altari
est opus virtutis spiritus Stans enim ad aram in-
totum [illegible] esse et nichil sentire de corpore vel de sollicitudine seculi Et
debet esse nisi spiritus et hoc signatum est Gen xxii ubi Abraham pergens ymmolare filium
dixit ad servos Expectate me hic cum asino ego et puer illuc usque
properantes cum adoraverimus revertemur ad vos Servi sunt sollici-
tudines et cure de necessariis huius vite Asinus autem animal pigrum et
indisciplinabile pondus est pondus corporis quia pigrum est

ad

[illegible]

et indisciplinale / sed ipsi portant omnes labores. Puer autem est spiritus
puritatis [illegible] solo sacerdotis / et ideo puris et sollicitudi-
nibus et omni corpore lucidum debet dare sacerdos immolaturus fi-
lium dei / et cum solo spiritu ad altare ad immolandum procedere / et ideo
dicat populus / et cum spiritu tuo. De secundo autem scilicet quod non careat cum
spiritus sacerdotis in tanto sacramento / sed dum habeat se dirigentem
ut patet i Re. vii. quod cum Nathan propheta suo humano spiritu dixisset David
de omne quod est in spiritu tuo vade et fac / quia dominus tecum est. Stati-
im correxit dominus dicens Non edificabis michi domum. / Spiritus
hominis sepe decipitur et ideo in tanti sacramenti consecratione dominus
cum spiritu sacerdotis esse optatur ne decipiatur. Deut. xxxii.
Dominus solus ductor eius fuit et non erat cum eo deus alienus.
Tercia causa est quia totum quod in altari fit / est virtute spiritus / et
ideo cum spiritu optatur esse dominus. Jo. vi. loquens de sacramento al-
taris dicit dominus Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest
quicquam. Dicitur autem dominus vobiscum sumitur Ruth ii. ubi Booz
dixit messoribus dominus vobiscum / et cum spiritu tuo sumitur de
secunda ad Thi. vi. Dominus Jhesus cum spiritu tuo. Sicut igitur intel-
ligendum est de salutacione. Sequitur oracio post salutacionem
oratio ut deus aperiat corda audiencium ad instructionem pre-
parandam / et ad digne suscipiendam oblacionem sacramenti
secundum dictum apostoli ad [illegible] orate ut sermo dei antecedat [illegible]
Circa autem orationem hanc [illegible] sunt [illegible] scilicet nomen, titulus / et
conclusio. Nomen dicitur collecta. Quod autem nomen est / vel quia collec-
peticiones populi quas sacerdos coniunctas secretorum colligit et offert
domino / vel quia [illegible] populus dum colligitur ad communionem
domini celebrandam. De prima autem causa dicit Thob. xii. Quando
orabas cum lacrimis et sepeliebas mortuos ego orationem
tuam obtuli domino. Hoc dicit angelus. Jam autem ad orandum
ut sacerdos angelus domini exercituum est. Secundo autem modo quia
dicitur collecta quia populus colligitur dum dicitur. Notandum est quod duobus
modis populus colligi habet ad orandum / scilicet quia populus in unum colli-
git hoc est in eadem corda colligitur / que in multis diversa sunt
unde Aug. in li. confess. In omnibus que [illegible] non
invenio locum anime mee preter te domine / in quo recolligitur
sparsa mea. Mat. xii. qui non colligit mecum dispergit. Opus
enim dei [illegible] in colligendo est et opus diaboli in dispergendo. Secunda
collecta est quia populus ibi colligitur in eo unum [illegible] unam
Ps. in unum convenientes populus [illegible] et reges ut serviant domino
Ps. congregate illi sanctos eius / qui ordinaverunt testamentum eius
testamentum enim est promissio dei sanguine confirmata
dicitur enim collecta corporis mistici que sic in unum constituitur
sicut corpus Christi ex multis granis / et sanguis eius de multis uvis
Ps. In consilio iustorum et congregatione magna opera domini
[illegible]
[illegible]

Oro Et Jo. 27 [illegible]
[illegible] et dominus vobiscum
[illegible]
[illegible]

requisita in omnes voluntates eius. Illa enim maiora sunt opera domini
et mercatori sanguinis et corporis et ipsi sepe. Hoc signum est necessarium 8
ubi dicitur quod congregatus est populus sicut vir unus ad audiendam legem
Neemie viii. Congregamini et audite filii Israel, congregamini et audite Israel pa- 2
trem vestrum. Genesis xlix. Hiis igitur de causis vocatur collecta oratio, que primo di-
citur in missa. Institutus autem harum collectarum est quod primo erant collecte
confuse et quilibet sacerdos vel episcopus faciebat et dicebat collectas quas
voluit. Sed postea in concilio Affricano cum beato Augustino interfuit
statutum est quod nulla in missa dicatur oratio nisi que fuerit approbata essent co- 2
ram aliquibus. Postmodum autem Gelasius papa videns quod immoderate erant et
diversarum collectarum que eadem die indivise erant dicende, resecavit
superfluas et quasdam mutavit in alias et ordinavit ut esset in
missis conformitas ubique. Postmodum venit beatus Gregorius videns quod in
multitudine collectarum sacerdotes modum excederent, ordinavit officium, multa
resecans, mutans et apponens. Statuit et numerum dicendarum
ut vel una vel tres vel quinque vel septem et ultra septenarium nulla dicatur.
Cuius causas ipse assignat Gregorius. Dicit enim quod dictio cum est numerus in omni 2
causa binarius. Et autem numerus in duo equa est divisibilis et inlatitudine causa
ideo binarius causa est multiplicationis et divisionis quod omnia
que in multa vadunt primo per duo dividuntur quod binarius ab unitate
que causa indivisionis est primus recedit. Et ideo etiam ut dicit Augustinus
Deus operi secunde diei cum inde creaverit non benedixit tamen cum
aliorum benedixit operibus dierum. Quod igitur dominus dicit Mathei vi Oran- 2
tes autem nolite multum loqui sicut ethnici faciunt qui putant in
multiloquio exaudiri, ideo per numerum collectarum esse non debet plurima
ideo esse non debet quod mos gentilis de scribis et phariseis qui comedere
domos viduarum sub obtentu prolixe orationis, et ideo precipit beatus Be- 2
nedictus in regula quod omnis oratio in conventu brevis sit, ne tedium
audientibus generetur et devotio impediatur. Impar autem numerus ut dicit 2
Pitagoras est qui in duo equalia dividi non potest. Stat enim forma eius di-
visio in unitate que fieri divisionem non permittit, et ideo dicitur quod numerus
Deus impare gaudet quod divisionem Deus in omnibus detestatur. Unde
et ideo ad predictos numeros
est divisum est etiam eorum numerus metrabit et ideo ad predictos numeros
collectas beatus restringit Gregorius. Causa autem statutum sit quod sit vel
una vel tres vel quinque vel septem multi multas assignaverunt rationes. Inu- 2
tiles dicunt quidem quod una est propter fidem unitatis simplicitatis divine in eius
tiles dicunt fidem quod una est propter fidem Trinitatis. Quinque vero propter quinque vulnera
passionis. Tres autem propter fidem Trinitatis. Quinque vero propter quinque vulnera
Ihesu Christi. Septem autem propter septem dona Spiritus Sancti. Hec autem ratio nulla est
quod sic etiam novem esse deberent propter novem ordines angelorum. Et
undecim propter xi discipulos qui abierunt in Galileam et etiam propter
xii apostolis. Et xv propter xv gradus in quibus descendit profectus vite 2
tam quo proficimus in oratione. Unde alie rationes penitus nulle sunt
et derisibiles. Vera autem ratio huius institutionis est quod tria attenduntur
in oratione scilicet intentio orantis et res in oratione petita et modus petendi 2
Respiciendo autem ad intentionem orantium qua una est ut eternum
bonum beatitudinis habeatur, institutio autem dicit unam sufficere collectam. Luce x Unum
est necessarium, propter unam petii a domino hanc requiram. Respiciendo autem ad pe- 2
tita que tria sunt institutio tres statuit dici collectas. Secundum ordinem

Collecte dicuntur quia collecte
dicuntur quia in persona totius
populi et cleri dicuntur
ad aliquid petendum et
quod tunc episcopus vel sacerdos
collecta oratio
dicitur super populum
dicitur collecta

enim petimus a malo liberari impedientes nos ad merendum secundum
ordinem autem ad bonum petimus bonum gracie et bonum
glorie Math vi primum querite regnum dei et iusticiam eius
Iusticia autem regni dei duas habet partes scilicet declinare a malo et
facere bonum Considerando autem modos petendi duo modi con
siderantur implicitus et explicitus Considerando modum sta
tuit institucio quinque quas peticiones ponit Luc. xi ubi sic
dicit Pater noster sanctificetur nomen tuum adveniat regnum
tuum Panem nostrum quotidianum da nobis hodie et dimitte
nobis peccata nostra siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis
et ne nos inducas in temptacionem et non ponit plures peticiones
quia illa qua dicitur adveniat regnum tuum implicite contine
tur in illa fiat voluntas tua quia si voluntas dei perficiatur regnum
iusticie etiam advenit et illa que dicit libera nos a malo im
plicite continetur in illa et ne nos inducas in temptacionem
ab omni enim malo liberatus est qui in temptacionem non inducitur
sicut dicit glossa ibidem Si autem consideratur modus explicitus pe
tendi tunc statuit constitucio septem fieri collectas quia Christus Mt
vi septem docuit peticiones explicite omnia que necessaria sunt pe
tentibus Prima Pater noster qui es in celis in qua nulla peticio contine
tur sed potius ostenditur ad quem oracio sit dirigenda Sanctificetur nomen
tuum etc prima adveniat regnum tuum etc secunda fiat voluntas tua
sicut in celo et in terra etc tercia Panem nostrum quotidianum
supersubstantialem da nobis hodie etc quarta Et dimitte nobis debita
nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris etc quinta et
ne nos inducas in temptacionem etc vi Sed libera nos a malo
amen etc vii Sollempnitas non est procedendum quia vergit in
multiloquium et generat tedium et minuit devocionem Quod
autem quidam sollempnes volunt dicere sub una conclusione nichil est quia
collecte non mutantur a conclusione quia in festo loco aliquando due et
aliquando quatuor et aliquando vi sub una terminantur conclusione et ideo
hoc non est faciendum sed tenenda est ecclesie institucio quia hoc est
apostolicum Unde i Cor xi laudo vos autem fratres mei quia per omnia
mei memores estis et sicut tradidi vobis precepta mea tenetis
Et papapca dicit de illis qui statuta patrum contempnunt et sua
esse meliora quam constituciones patrum contendunt sic dicentes
Si quis autem videtur contenciosus esse nos talem consuetudinem
non habemus sed neque ecclesia dei Si autem aliqua necessitas temporis id ex
poscat et non contentus constitucionis per tunc dici possunt sicut
in festo Stephani due dicuntur et in die innocencium quatuor propter
commemoracionem octavarum Conclusio autem in omnibus fere exce
ptis valde paucis est per dominum nostrum In qua conclusione tria sunt
notanda primum unum est unde addita sit hec conclusio secundo qualiter
sit facienda 3o quid in ea contineatur Inventa est ergo conclusio
et donata ab apostolis considerando dictum Christi Jo. xvi Quicquid pe
cieritis in nomine meo hoc faciam Oportet enim nos in nomine

cuius petere in cuius merito exaudimur / non enim in nostris sed in meri-
to eius exaudimur / et ideo talis nomen eius oportet concludere orationem
ps. Non nobis domine non nobis / sed nomini tuo da gloriam / et
hec signum est Job ubi dicitur Job servus meus orabit pro nobis faciem
eius suscipiam Job enim qui dolens interpretatur / significat christum dolentem
pro nobis in cruce orantem. Nomen autem quod ponimus nomen
est ihesu christi / quia illud fuit nomen mediatoris / qui ponit manum in
ambobus in deo scilicet et in homine. Sicut enim a sole qui longe
est ignem mutuare non possumus nisi medio vitro vel
cristallo vel aliquo tali utamur / ita a patre celesti a quo nos per peccata
elongavimus / haurire gratiam non possumus nisi per mediatorem
qui nobis et patri est propinquus / id est mediator dei et hominum
homo christus ihesus. Sic igitur patet quare talis conclusio in omnibus colle-
ctis est necessaria. Facienda autem est in omnibus orationibus que ad pa-
trem diriguntur. Si autem ad filium dirigitur / tunc aliquando sit aliomodo
sicut dicitur Qui crucem sanctam ascendisti et mundi tenebras illumina-
sti, tu etiam corda et corpora nostra per virtutem illuminare digneris. Qui etc. Cum
oratio non nisi ad filium dirigitur / quia ille solus crucem ascendit et ideo
dicere non possumus per dominum nostrum filium tuum / quia sic filius simpliciter
filius esse significaretur / quod esset hereticum / et ideo tunc dicimus con-
cludentes orationem qui cum patre et spiritu sancto vivis et regnas deus
Si autem oratio fit ad spiritum sanctum / tunc oportet quod sic concludatur / qui
cum patre et filio vivit etc / Similiter etiam quando in oratione directa ad patrem
fit mencio de filio / oportet quod tunc in conclusione dicatur per eundem
dominum nostrum etc. Si autem in collecta ad patrem directa fit mencio de
spiritu sancto / tunc sic concluditur / per dominum nostrum ihesum christum qui tecum vivit et
etc in eodem spiritu sancto. Alia autem que in hac conclusione posita sunt fere
intelligibilia sunt per ea que iam ante dicta sunt / quod enim dicitur
per dominum / dicitur propter facultatem divicias que dimanant in orantes per
dominum christum / quia talium facultatum copiam sonat hoc nomen dominus
Iohel [?] in domino dives in omnes qui invocant eum / quod autem dicitur nostrum
dicitur quia in se suscepit nostrum debitum / quod dicitur ihesum christum dicitur propter me-
diacionem ex qua potest et de debito congruum subvenire / quod autem addit
filium tuum / notat quod facultatem scilicet subveniendi per nature divine heredita-
tem. Per hoc quod dicit qui vivit post quod non morte prohibetur / Sed se-
piternum suum sacerdocium quo offert et orat pro nobis hic vel semper
vivens ad interpellandum pro nobis. Per hoc quod dicit et regit / notat
confirmata potestas ad subveniendum. Quod autem addit in unitate
spiritus sancti. Dux ut dicit hylarius notat unitatem essencie scilicet et con-
nexionis et [illegible] sancta attribuit spiritui sancto / prima autem essencie trium personarum
spiritus enim sanctus eo quod amor est, associat sibi scilicet unionem connexio-
nis [illegible] ii cor. ult. Gratia domini nostri ihesu christi et caritas dei et communicacio
spiritus sancti sit semper omnibus nobis amen / Quod autem additur vivit
Sed ewangelium non est factum sed solum recitatum per illum cuius
dicitur vnde ewangeliste non sunt auctores verborum christi sed solum
recitatores ideo dicitur dici secundum Johannem. Hoc est signum quod Johannes
et lucas [illegible]. Sed hic dicit [illegible] quia ipse fuit auctor
[illegible] ad secundum est sciendum quod dyaconus lecturus ewangelium
recipit benediccionem a sacerdote in signum huius quod nullus
debet ex sua auctoritate predicare. Sed tantum missus [illegible] id
Apostolus ad Ro. x. Quomodo predicabunt nisi mittantur. Et luce x
Sic mitto ad ipsos. Messis quidem multa operarii autem pauci Rogate

Anno quintodecimo imperii cesaris tyberii procurante poncio pilato iudeam etc. luce

Hec Innocencius

dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Ysaias
quoque cum audisset vocem domini dicentis Quem mittam
et quis ibit ex vobis dixit Ecce ego sum mitte me et dixit
dominus vade et dic populo huic Audite audientes et nolite intelligere videte
visionem et nolite cognoscere ysaie vi°. Subdiaconus vero non recipit
benedictionem lecturus epistolam. Ipse enim invisibiliter unxit iohannem
baptistam cuius typum subdiaconus gerit et quasi invisibiliter misit
et sic non publica dei missione et electione sed occulta dei inspiracione
predicabat. Sed postquam in carne xpc visus est et postquam cum hominibus con-
versatus est apostolos et ewangelistas quos diaconus et sacerdos represen-
tat visibiliter misit dicens Euntes predicate et docete omnes gentes. In-
clinato diaconus vero benedictionem capiet caput ad sacerdotem in
dextera parte altaris stantem inclinat ad designandum quod predicator ca-
put i. intencionem suam ad gloriam dei cuius typum gerit sacerdos
debet declinare. Licet enim secundum apostolum qui seminat spiritualia possit
metere carnalia non tamen est propter carnalia et pro carnalibus verbum dei fi-
naliter seminandum sed propter spiritualia et eterna. Unde quidam sciant in bene-
dictionibus de benedictionibus et metent vitam eternam. Mercena-
rius enim est qui de predicationis officio non querit premia sempiterna
sed comodum temporale. Hec innocencius. Sed ostenso quis sit debitus
minister ewangelii et quid debeat portare videtur ad primum quod sacer-
dos vel diaconus et nullus alius minister est debitus minister ewangelii
immo si alius cantaret sollempniter ipse esset irregularis. Sed secundam par-
tem dubium videtur quod dicitur ewangelium induit dalmaticam in signum cari-
tatis quia ad eam est obligatus et etiam subdiaconus. Sed dalma-
tica diaconi habet manicas amplas in signum largitatis et pietatis. Nam
ad diaconum pertinet ministrare sacramentum eukaristie in qua ministratione
debet esse largitas. Et etiam in aliis debet esse largitas. Unde in principio ecclesie
ministri pauperum erant diaconi. Et de beato stephano [illegible] pro ca-
Et de sancto laurencio legitur Levita laurencius bonum opus operatus est
qui per signum crucis cecos illuminat et thezauros ecclesie dedit pauperibus
Item debet portare stolam a sinistra parte usque dextram in signum quod
ascendimus a sinistro huius miserie ad dextram celestis glorie. Sed hic
est dubium quid ad cantandum ewangelium diaconus debet incedere. Ad quod di-
citur quod in diebus sollempnibus in choro vel loco crux precedit ewangelium
in quo scitur quod qui predicat ewangelium inter debet sequi xpm crucifixum. Et
in memoria hec est. Unde dominus dixit petro Math. xix Sequere me. Preterea pre-
cedunt duo acoliti cum cereis in signum quod predicatores debent habere scientiam
et noticiam utriusque sacramenti testamenti vel in signum quod ewangelium qui per
ewangelium nunciat illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Joh.
primo. Vel dicendum quod candelabrum cum luce fit sidem cum hoc ewangelium

Quia fides sine operibus mortua est ut ait Jacobi. Et duo portantes eos
ad designandum quod in eis omnis veritas prophetarum et patriarcharum continetur. Vel
ad designandum duplicem caritatem adventum. Cereum primus qui accolitus portat
unum preteritum solem. Ideo in festalibus diebus tantum unus precedit accolitus
cum cereo qui est manifestus et quilibet habent duos per se scilicet Enoch et
Heliam. Ideo in diebus festivis precedunt duo accoliti cum luce quia illi
cum predicta predicatoris precedet. Vel potest dici quod diaconus precipit acolocera-
rios cum facibus et candelis ad designandum quod predicator desiderium in cor-
dibus auditorum dei accendere ut libenter audiant et gratanter obediant.
Quia cum non desiderant bonum nuncium et de bono nuncio quis non gaudeat.
Evangelium autem bonum nuncium per nomen interpretatur. Quia dicitur ab eu
quod est bonum et angelus quod est nuncius quasi bonus nuncius. Vel bona nun-
cians. Quia per evangelium promittitur nobis gratia in presenti et gloria in futuro.
Premittit autem diaconus accolitum cum incensu ad designandum bonam
odorem bone consciencie quod predicator debet de se emittere odorem bone fame
et opinionis secundum illud apostoli. Christi bonus odor sumus in omni loco. Nam
secundum Gregorium cuius vita despicitur restat ut eius predicacio contempnatur.
Et ne illud salvatoris medice cura teipsum. Ejice primum ypocrita trabem
Precedunt ceroferarii scilicet thuribulum et candela diaconum quod evangeliu
opus et fama precedunt. Evangelio testante. Et rediit ihesus in virtute spiritus
in Galileam et fama precedit in omnem regionem de illo et ipse doce-
bat in synagogis. Post sequitur subdiaconus portans pulvinar. Sub quod
dignus est mercenarius mercede sua. Unde et in Corinthios prima ad Cor
Si nos vobis spiritualia seminamus non est magnum si vestra carna-
lia metamus. Quia autem diaconus cum tot secutis vadit. Dicendum
quod ideo quod fuit christus quem multi secuti sunt ut habetur Johannis XII capitulo Ecce
mundus totus post ipsum abiit. Sequitur ad quod notandum est quod sacerdos
vel diaconus ante inceptionem evangelii salutando dicit Dominus vobiscum
per hoc orat et optat populo ut dominus sit cum eis et eos attentos reddat
ad audiendum verba dei. Magna enim diligencia auscultanda sunt verba evan-
gelii et per simplicia verba ponderanda. Quia plena sunt celestibus
misteriis. Sanc sicut caput preminet corpori et cetera membra
sibi subserviunt sic evangelium precellit totum officium et cum cetere partes intel-
lectuali racione consentiunt. Hoc enim scilicet evangelium est verbum dei sermo
sermonis sapiencia sapiencie verbum scilicet verbi dei quod erat in principio
apud deum. Item sermo sermonis qui a regalibus sedibus venit
portans secum preceptum imperium. Sermo vivus et efficax omni gladio
dio penetrabilior. Ad Hebreos. Item sapiencia sapiencie que attingit a fine
usque ad finem fortiter. Sapiencie viii capitulo. Hoc verbum non est locutus Moyses
qui heri et nudius tercius non est eloquens sed impedicioris
et tardioris lingue factus est. Exodi iiii. Hoc non loquitur Ysaias
qui dixit Ve michi quia tacui quia vir pollutus labiis ego sum

Ysaie vi° Nec Jeremias qui dixit a a a domine nescio loqui quia
puer ego sum Jer. p° Sed loquitur hic pater in filio quem constituit
heredem universorum per quem fecit et secula ad hebreos primo. Preco dia-
conus vel sacerdos lecturus ewangelium studeat se exhibere purum corde mundum
ore et castum opere ut eius sacrosanctum ewangelium digne possit proferre
ut puteus aquarum viventium i. ewangelica predicacio que fluunt impetu
i. libere nisi de libano i. de corde puro et ore candido. Nam non
est speciosa laus in ore peccatoris. Caveat igitur ne sibi tamquam immundo
et indigno dicatur illud ps. l. Quare tu enarras iusticias
meas et assumis testamentum meum per os tuum. Per salutacionem
ipsi ministri ewangelii observat illud quod dominus iussit. In quamcumque
domum intraveritis primum dicite Pax huic domui. Stans ergo ipse
et chorus attentus et devotus inde et cum spiritu tuo. Quod autem
cum epistola legitur non stetur, acsi diceret tantum sic ad dictum et profe-
rendum digne est ewangelium ut digne possit enunciare etc. in e.
Deinde ut auditores dociles et benivolos reddat ad audiendum verbum ewangelii
sua librum crucis eius dicens digitis quasi diceret hic est liber crucifixi. Quem
predicaverunt i. Cor. p° ad Cor. primo. Nos predicamus Christum crucifixum iude-
is quidem scandalum gentilibus autem stulticiam ipsis autem vocatis iudeis et
grecis Christum dei virtutem et sapienciam. Et diaconus signo crucis se mu-
nit ne semen verbi dei in eo suffocetur. Quod illi ut in parabola volucres celi come-
derunt illud. Et ut dyabolum a se fugaret ne forte sermonem domini
cum de ore suo et pectore suo rapiat. Crux enim est tantum dyabolus odit
sicut crux eius X precia se consigne vel alterum signet frontem os et pectus
Signet frontem quasi diceret Christum crucifixum et crucem non erubesco. Immo mihi absit
gloriari nisi in cruce domini nostri Jhesu Christi ad Gallatas vi°. Signet os quasi
diceret crucifixum quem credo credo ore confiteor. Corde namque creditur ad
iusticiam ore autem fit confessio ad salutem ad Ro. x. Signet
pectus quasi diceret crucifixum corde credo. Deinde ipsius cum honore et re-
verencia inde Gloria tibi domine glorificans dominum in hoc quod misit eis
verbum salutis sicut in actibus apostolorum legitur. Et cum glorificant deum
eo quod misit verbum salutis dicentes ergo et deus gentibus penitenciam dedit
ad vitam actuum x° et xiii°. Cum vero ad quintum dico quod sacerdos vel dia-
conus lecturus ewangelium vertit se versus ad aquilonem ut ostendat predica-
cionem esse contra eum specialiter dirigi qui ait ponam sedem meam ad
aquilonem et similis ero altissimo Ysaie xiiii°. Legit etiam versus aquilonem
ut aquilo fugiat et auster veniat i. ut dyabolus fugiat et spiritus
sanctus adveniat. Etiam legit versus aquilonem in signum quod ewangelium est ad
cunctatorum malorum et imitacionem bonorum. Mali enim per aquilonem intel-
liguntur iuxta id Jer. p° Ab aquilone pandetur omne malum. Debet autem
ewangelium legi in loco alto et eminenti. Quod quia locus eminens se celum

Scias

X et vere dicis quod illi [illegible]
actus [illegible] et [illegible]
[illegible]
[illegible] in solo
[illegible] vi [illegible]
[illegible] quod [illegible]
ore [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
et [illegible] vita [illegible]
[illegible] digne
[illegible]
audiunt [illegible]
[illegible]

credentibus per ewangelium confertur que illud Luce viii° Ibi qui audiunt verbum
dei / vel in signum quod ewangelium est publice predicandum iuxta illud Mathei x° / quod
vobis dico in tenebris, in luce dicite / et Ysaie xl. Super montem
excelsum ascende tu qui ewangelizas Syon / Quid enim ewangelium
dicit cantum / et iuxta quem modum intonandi / Quod primum dicitur quod debet
alte legi / seu dici in signum quod doctrina ewangelica omnes alias debet precedere et preire
Unde dixit ad Herodem vide ecce neminem dicit ad presentem / Ewangelium
autem operatur salutem omni credenti / Quod secundum dico quod debet incipi
a sono mediocri ad insinuandum quod per Christum nunciatur illud quod sobrie
pie et iuste vivamus / et terminatur in acuto ut ondatur quod ad introi-
tum glorie summe alte elevati vel ideo quia in ewangelio promittuntur
celestia / ideo terminatur in acuto affectu elevando vocem / lectiones
vero terminantur deprimendo in accentu gravi / quia per legem antiquam sola
temporalia promittebantur / Tertium ad sextum. Quomodo scilicet aliter ipsius se
debeat habere in audiendo ewangelium / pro quo sciendum quod qui legit ewangelium
ipsius in se quinque debet secundum ordinem habere / Primo quod debet stare 1
et non sedere / in signum quod pro ewangelio et fide est servanda / parati sunt pu-
gnare dicentes cum Petro / Paratus sum tecum et in carcerem et 2
in mortem ire / Secundo capita debet detegere et discooperire / in signum
quod predicari debet eius nuda et clara veritas / In cuius signum velum
templi scissum est Luce xxiii° / vel etiam in signum quod parati sint obe-
dire ewangelice veritati / vel ut detur intelligi quod inter deum et ipsos
nullum debet esse medium / vel ad sciendum quod mens debet esse apta
ad observanciam illorum que ibi dicuntur et avida et voluntaria
et attenta ad audiendum et prompta ad exequendum / Tertio debent ba- 3
culos si portant deponere ad designandum quod dicit Mathei v° / Si quis
percusserit in maxillam tuam prebe ei et alteram / Quarto signi- 4
debent ad ewangelium vertere in signum reverencie et attencionis dilige-
tis / ad ea que dicuntur / Quinto se signare signo crucis in principio 5
et in fine ewangelii / In principio ne dyabolus auferat mentes eo-
rum ab ewangelii predicacione / Et in fine ne diabolus dicto ewangelio
de cordium cordibus auferat semen verbi dei / Nam demones sunt
pillas volucres / [illegible] de quibus Luce viii° volucres celi comede-
runt illud / Sic ergo ewangelium audire debemus et legere discooperto
capite et stantes / Detectio capitis allegorice significat illud quod olim
in lege fuit velatum / Nunc autem abducto velo datur perspici
id est aperte cognosci / Tropologice vero significat quod aures debemus habere pate-
tes / Et baculi quoque significant nos esse expeditos ad audiendum verbum dei
Per hoc quod stantes debemus audire / notatur promptitudo quam habere de-
bemus ad pugnandum pro fide est servanda / Eo quod stantes solent

pugnacis fidei et per fidem resistimus diabolo qui circuit quasi leo rapi-
ens et rugiens querens quem devoret. vii. pet. v. Post hec lecto per evangelio
diaconus librum offert sacerdoti quia ad deum cuius sermo sunt referenda
a quo et pietas sermo procedit. Unde christus finis est consumans non consu-
mens alpha et o principium et novissimus initium et finis. Et sacer-
dos osculatur librum quod quasi est liber generationis per quem recon-
ciliationem recepimus. Et secundum ritum aliquarum ecclesiarum liber offertur
sacerdoti apertus et aliis quasi sit in eo clausus. Cuius ratio tangitur in
evangelio. vobis i. dicitur. Vobis datum est nosse mysterium regni dei ceteris autem
in parabolis. Ideo offertur sacerdoti apertus et ceteris clausus. Quia sacerdos
sicut christus aperuit librum septem sigillis in eo redemptionis signis
ut dicitur in apocalypsi. Et tradit ad osculandum sacerdoti. Et post alius ministro
in signum pacis voluntatis implecionis ibi concordandum ut osculatur sa-
cerdos in signum quod christus approbat sermonem predicandum. Et post diaconi
in signum quia nichil licet nisi post christum. Unde a christo. Stacim autem allexan-
drinis de halis post predicta sedens cum quo illuminatur hominibus ad conque-
scendum quod mandatum est sit soliate et expedite ad implenda. Quod sic fit. Sedens
quod nudato capite et erecto corpore audiendus est ciborum. Secundum autem per ca-
pitis denudationem nisi sollicitudo. Quod per corporis erectionem
nisi obediencie promptitudo significatur. Ad ephesios vi. state succincti
lumbos vestros in veritate et induti lorica iusticie et calciati
pedes in preparatione evangelii pacis. Glossa ut sitis parati ad complenda
precepta evangelii quod nunciat pacem. Et alia est ratio denudationis
quia in signum quod evangelio revelato legis velamen removetur. Et quia
homines qui sunt deum in enigmate videbant veritatem legis aperta
cognitione nunc vero videre potuerunt. Et licet homines sint erecti. Tamen capi-
ta debent habere inclinata. In signum quod cuius audiunt evangelium qui
pro illis inclinato capite tradidit spiritum. Joh. xix. Mulieres
debent habere capita velata et sibi vigiles in velamen verecundie
propter prevaricationem esus pomi vetiti. Quod autem omnes debent stare cum an-
diunt evangelium habetur de consecratione dist. ii. apostolica. Ubi dicitur. Apostolica au-
ctoritate mandamus ut sacerdotes et ceteri omnes non sedentes sed
venerabiliter curvi et in conspectu evangelii stantes dominica verba
intente audiant et fideliter adorent. Sacerdos autem ad sinistram
partem altaris codici submisso pulvinari pronunciat evangelium
significans quod christus non venit vocare iustos sed peccatores. Matthei ix. Propter
hoc quod codici pulvinar supponit significatur quod iugum christi suave est et onus
eius leve est. Matthei xi. Stacim autem episcopus celebrat diaconus dextera
eius osculata codicem evangelii suscipit de altari et postulat benedictionem.

ab episcopo / qua data pergit ad pulpitum precedentibus ministris cum
candelabris accensis et cruce / et thuribulo cum igne et incenso / quod
autem diaconus dextrum pontificis osculatur pedem significat quod predicator evangelii
gloriam det et gloria sempiterna / non pro dextera sunt / Can. nona de-
cima illud amplexabitur me / Dicitur enim qui sciant spiritualia metere
possunt carnalia j Cor. ix° / non tamen est seminandum pro carnalibus
id est terrenis / Nam qui seminat in benedictionibus de benedictionibus et
metet ij Cor. ix° / Notandum secundum quod nec diaconus nec subdia-
conus manum summi pontificis romani osculatur / sed pedem
/ in signum quod summo pontifici summa debet exhiberi reverentia
/ et in signum quod illius est vicarius cuius pedes osculabatur
mulier que erat in civitate peccatrix / Luc. vij° / Adorandum
etiam est scabellum pedum eius quia sanctum est / cuius pedes cum
resurrexisset a mortuis / mulieres tenentes adoraverunt / Matt.
ultimo / Manum autem nemo manum summi pontificis debet oscula-
ri / nisi cum de manibus eius aliquid accipit / vel cum ad
manus eius aliquid tribuit / ut ostendat quod ex utroque do-
minus ei gratias exhibere qui sicut se dat sancta. Nunquam tamen reci-
pit alienum / ipse enim preter oblationem panis / nullam oblatio-
nem manibus tangit excepta illa / que pro defunctis
offertur / Quamvis ideo manibus accipit / ut illorum curam
confutet / qui dogmatizant elemosinas non valere defunctis
/ Panem vero tangit propter reverentiam sacrificii / quod de pa-
ne conficitur / et quia est vicarius illius / qui de se dicit Joh. vj°
Ego sum panis vivus qui de celo descendi / Ceteras autem obla-
tiones ad pedes accipit propter illud quod in actibus legitur iiij°
capitulo / quoniam offerebant precia eorum que vendebant / et ponebant
ante pedes apostolorum / hec Alexander de Halis in expositione
officii misse / Albertus vero de officio misse in evangelio / Sic mi-
Nam ex [illegible] [illegible] et tractu pure et concepto gaudio in
alleluia et versu et sequentia / tamen ut videntur consonare ex parte instru-
ctorum sed credo in unum deum et in illo parte que inde instru-
ctione tenetur. In evangelio autem instructione duo sunt attendenda
scilicet ritus / et doctrine excellentia professionis / Ritus autem consideratur
in quatuor / scilicet in libri acceptione / in benedictionis postulatione /
in processionis dispositione / in statione / et in modo quo tenetur
in lectione / Accipitur autem liber primo de altari ipso quia
altare significat sacrarium et armarium scripture et sanctificationis
De cuius sancta et auctoritate omnis sumenda est doctrine perfectio

ysaie ii° de syon exibit lex et verbum domini de ierusalem. Et ideo qui de
syon hoc est de visione sacre scripture non recipit doctrinam non doceat. Verbum
autem de ierusalem quod doctor pacificus pacem annunciat in scripturis. ysa. lii. Quam
pulchri super montes annunciantis pacem annunciantis predicantis salutem
Annunciato enim bono est evangelium. Et hunc modum tenuit evangelista angelus
Luc. ii. Ecce evangelizo vobis gaudium magnum. Et post pauca. Gloria
in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Accepto autem
libro signatum est apok. v. ubi dicitur. vidi in dextera sedentis super thronum
librum scriptum intus et foris signatum sigillis vii. Altare enim thronum
dei significat in cuius extremitate dextra rex et sacerdos invisibilis christus
sedens est omnia sanctificationis decernens. et ut rex et pontifex
vel sacerdos. De cuius dextera accipit dyaconus librum quia in virtute
dextere dei vadit ad evangelizandum et officium accipit evangelii
Unde post pauca apok. v. dicitur venit agnus et accepit de dextera
sedentis super thronum librum. De agno enim est evangelicus liber
et hic agnus in misterio accipit quia officium ad actum evangelicum
accipit sacerdos. Sic autem accepto libro benedictionem postulat et
obtinet dyaconus a sanctitatis perfectione episcopo vel sacerdote ut virtutem
ad evangelizandi actum ministret. non sufficit nisi gratia in ipsum a sanctitatis
perfectione deo per benedictionem divinam descendit in ipsum. ii. cor. iii°
Non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis
sed sufficientia nostra ex deo est. Eccli. xliii. Multa dicimus et defici-
mus in verbis consumatio sermonum ipse est. Sic ysaac filio suo
Jacob benedixit. Gen. xxvii. Sic Jacob filios singulos benedixit. Gen. xlix.
Sic legislator singulis tribubus benedixit. Deut. xxxiii. Sic un-
guentum gratie descendit sufficienter a capite in barbam et de barba
in horam vestimenti eius. Dicitur enim hebr. vii. Absque ulla contradictione
quod minus est a meliore benedicitur. quod de benedictione sacrante intelligitur
sicut diximus in antedictis. Accepta benedictione ad benedictionem eius
qui est perfector sanctitatis thus imponitur primus ut significet quod quibus fla-
grans odor orationum et sacrificia a sacerdote christo qui invisibiliter con-
ficit sanctitatem. Et ideo conclusio orationum est per dominum nostrum ihesum christum
Gen. xxvii°. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus.
Cant. iiii. Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hoc autem thu-
rificandi ritum a veteri testamento signavit ecclesia quod non fecit id quod
factum est et ulterius non est faciendum sicut agnus paschalis. sed fecit
quod semper faciendum est et iterandum sicut sanctitatem devotionis et
oratione et sacrificio per. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo. Apok. viii. Et alius angelus venit et stetit ante altare au-
reum habens thuribulum et data sunt ei incensa multa ut daret de
orationibus sanctorum omnium super altare aureum quod est ante thronum

dei. Et ibidem. Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum
de manu angeli coram deo. Hinc post hec processionaliter diaconus
ad legendum vadit duabus flammis candelarum in quarum medio a ter-
cio portatur crux precedentibus. Que flamme significant factos ubi in luce sancte
et fidei opera in operacione que illuminat ad videndum ea que in evangelio
dicuntur. De prima dicitur candela dicitur ii Cor. iiii. Deus qui dixit de te-
nebris lumen splendescere illuxit ad illuminacionem sancte evangelii
in facie Christi. De secunda autem dicitur Matth. v. Sic luceat lux vestra coram ho-
minibus ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in ce-
lis est. Crux autem alte erecta ante portatur ut significet gloriam dia-
coni doctoris et lectoris sue doctrine esse in cruce. Gal. vi. Michi autem
absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi. De secundo dicitur i Cor. i.
Nos predicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum gentibus
salutem (?), ipsis autem vocatis iudeis atque grecis Christum dei virtutem et dei sa-
pienciam. In hac processione precedit post ceroferarios is qui portat
thuribulum, firmans ut significet odorem bone opinionis et non fetorem
infamie debet precedere evangelistam. ii Cor. ii. Deo autem gracias qui triumphat
et odorem noticie sue spargit per nos in omni loco quia Christi sumus bonus odor
sumus dei in hiis qui pereunt et in hiis qui salvi facti sunt. Statim
autem post thuriferarium procedit diaconus super leva tenens librum
evangelii et dextera amplectens eundem. Quia predicacio non est necessaria
nisi dum sumus in leva, hoc est in vita temporali presenti et obscura. Cum
autem transimus ad dextram, hoc est ad vitam eternam, erimus in
amplexu in voluntate dei omnia cognoscentes que hic nobis predicantur. Canticorum
ii. Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur
me. Sustentat ei leva quia nunc ignorantes deum in temporali vita doctrina et
verbo dei erigimur et confirmamur quia meum caput est anima. Dexteram
autem amplexatur quia visione et fruicione in facie dei illuminatur et
stringitur. Prov. iii. In qua sinistra dei divicie et gloria, in dextera autem
illius longitudo dierum. Divicie enim gracie et sciencie quo ad vitam
presentem. Longitudo autem dierum dicitur ad contemplacionem lucis perfecte
in vita futura. Sequitur subdiaconus sicut ad doctrinam predicatoris
inserviendus. Portat autem subdiaconus pulvillum ante pectus, ut si-
gnificetur quod non curam cogitare debet de temporali subsidio. Sed hiis qui
sequuntur eum insistendus habet solicitudinem debet suscipere pro ipso.
Unde Gal. vi. Communicet autem is qui cathezizatur verbo ei qui
se cathezizat in omnibus bonis. Cathezizare est docere. Et ideo do-
centibus doctori debet ministrare et portare temporalia que pulvillus signifi-
cat a quo spiritualia suscipit instructionem. i Cor. ix. Si nos
vobis spiritualia seminavimus magnum est si carnalia vestra
metamus, quasi dicit non magnum. Est autem pulvillus positus est ad
specialem designacionem dictum huius cant. iiii (?) ubi dicit dum in pectus

natam et dormivit super cervical, quod est pulvillus, in quo tempore
requiescit. Dicitur enim quod diu in sine misteriis gentibus predicaret in
provincia mundi in eadem natans. Et ideo ad sinistram aliquando necesse sit
quiescere ecclesia nam quiescat in pulvillo solacii temporalis. Vel aliter
pectora subditorum deus cogitare ne curam et studium veritatis cogat
intermittere. Hoc signum est Genesis xlvii ubi dicitur quod Joseph terram egi-
pti emit in potestatem regis per venditionem frumenti, preter terram sacer-
dotum que a rege fuerat tradita eis, quibus et statuta cibaria ex
orreis publicis prebebantur. Et ideo non sunt compulsi vendere possessio-
nes suas. Scribenda enim est sapientia in tempore vacuitatis, ut dicitur Eccle-
siastici. Unde licet pro sibi aliquid in temporalium solicitudine intendere, et in sapientie
contemplatione studere. Et ideo instruendus portat pulvillum. Dicit
enim philosophus in ethicis dilectorum quod tempore necessitatis melius est ditari quam
philosophari. Et ideo dicitur alibi quod omnibus ad necessitates et ad volupta-
tes sacerdotum gentis in scolam mercede concessa est, quia si ad
cogitandum esset de solacio vite necessitate temporalium, non sufficeret studium
spiritualium intendi posset. Hic ergo de sericatis processione qui intra crucem
stat procedentes procedunt ad ambonem, qui secundum antiquam pa-
trum traditionem duos gradus habere debet, unum ad meridiem, alterum
autem ad aquilonem, quo exaltatur et in prosperis et in adversis.
Per meridiem enim qui est plaga lucis et caloris significatur illumina-
tio et calefactio spiritus sancti. Lux enim veritatis et calor caritatis
ducunt ad evangelizandum per rectam viam. Job xxxviii. Indica
michi per quam viam spargitur lux, dividitur estus super terram. Job
xxxvii. Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflatur terra austro.
Et sic eligit viam sive gradum ascendendi minister. Cetera tam subdiaco-
nus quam ceroferarii quam etiam thurificator per diaconum se ordinant. Sed
crux sola quam ceteris cum tenet stante baculo crucis super pavimen-
tum, ut significet quod omnes sunt ab evangelista erudiendi, tum ministri
ecclesie quam idiote, sive laici, usque in domos sicut es penitus ad aquas
et sacerdotum hec est auditas. Sermo domini et iusticia ecce apud me
dicit dominus, quia omnes aquis sapientie evangelice sunt potandi. Textum
in inceptione evangelii super librum ad faciem eius qui legit
etiam in dictis ut fragrancia verbi evangelii a diacono pronun-
ciati significet. Visa est primus ad Syon dicet ecce ego assumam et unum
evangelistam dabo. Primus est subdiaconus, audiens doctrinam
pronuncians et in hac se exercens ostendens. Secundus autem est doctor
perfectionis, diaconus a dignitate sumat intensum boni nuncii.
Crux autem stans super pavimentum in baculo crucis significat quod doctri-
na predicta a quolibet per exemplum in factis dicitur christi illud autem xvi. Qui
vult venire post me abneget semetipsum et tollat crucem suam

et sequatur me. Et iste liber ab omnibus manibus appodiata ante dia-
conum ponitur. Cum autem baculus crucis terram tangit, ac si dia-
conus se in ea appodiet manu significat quod virtus crucis eum in
evangelizando sustentet. Et quod omnia virtute crucis tam in clero
quam in populo tanquam in duabus turmis perficiat. Gen. xxxii. In baculo
meo transivi Jordanem istum et nunc cum duabus turmis
regredior. Hoc est etiam significatio quod et diaconus baculum in manibus
tenens perficiat qui comedunt agnum paschalem. In alto autem stat ut
per loci altitudinem altitudo spiritus et vite designetur. Quia
sicut dicit Gregorius cuius vita despicitur restat ut etiam eius predicatio
contemnatur. Ysa. xl. Super montem excelsum ascende tu qui evan-
gelizas Syon. Qui evangelizat ubi hinc est quod Cant. iiii dicitur
de sancta ecclesia quod est puteus aquarum viventium que fluunt
impetu de Libano. Propter spiritum qui in littera sonat vivificator, que
fluunt propter doctrine modum et pietatem quod ab abundantia fluunt. Impe-
tu autem fluunt propter divine caritatis ad docendum promptitudinem.
Ro. i. Sapientibus et insipientibus debitor sum. Ita quod in me
promptum est. De Libano autem fluunt propter munditiam candidatorum.
Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iusticias meas et
assumis testimonium meum per os tuum. Eccl. xv. Non est speciosa
laus in ore peccatoris. Sic stans et legens convertitur ad aquilonem.
Ut dicit Dionisius, quia aquilo plaga frigida et tenebrosa militi-
am tenebrosam significat diaboli et futuram. Jer. i. Ab aquilone
pandetur omne malum super universos habitatores terre. Eccl. xliii.
Frigidus ventus aquilo flavit et gelavit cristallus ab aqua
et omnia corda infrigidat et algere facit caritatis scintillam
et obtenebrat quantum potest lumen veritatis. Contra illam ergo
plagam doctor predicationis disponitur ut tenebras fuget incre-
dulitatis. Jo. i. Lux in tenebris lucet et tenebre eam non com-
prehenderunt. Propter calorem autem caritatis fugat aquilonis acce-
dat a cordibus auditorum. Ut si dicat Cant. iiii. Surge aqui-
lo et veni auster, perfla ortum meum et fluent aromata
illius. Ab ortu enim cordium surgere debet aquilo hoc est expelli
et auster calidus et humidus vocari ut eius aromata vir-
tutum calore flagrent et humore gratie accipiant incrementum.
Hic est in statione. Et hac de causa disponitur diaconus. Legens
autem debet signare cruce frontem, os et pectus, et similiter audien-
tes. Frontem sed quod ibi est sedes verecundie et glorie ut scilicet ac-
se non erubescat evangelium, sed gloriari in cruce quam evangelium
predicat. Ro. i. Non enim erubesco evangelium. Virtus enim dei est in sa-
lutem omni omni credenti. In deo credat et confiteatur. Os autem ut ore

confitetur veritatem in salutem. Ps. Domine labia mea aperies et
os meum annunciabit laudem tuam. Precatus autem ut corde credat pro-
pter quod corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit in salu-
tem. Et item: quod si confitearis ore dominum Ihesum et corde tuo credide-
ris salvus eris. Ps. Credidi propter quod locutus sum. Sic ergo signat
se legens. Ipsius autem ad hanc diaconi stationem stat revelato ca-
pite et si induitur veste manibus detinet illam vestem deposi-
tam usque ad manuum liberationem et revelationem. Stat autem significatus
erectionem corporis ut mentem dirigat ad celum. Ps. Mane astabo
tibi et videbo quoniam non deus volens iniquitatem tu es. Stant etiam
adversus aquilonis militiam pugnaturi. Ps. Quis consurget
michi adversus malignantes aut quis stabit mecum adversus
eos qui operantur iniquitatem. Stat etiam ob reverentiam sicut in Regum:
Beati viri tui et beati servi tui hii qui stant coram te semper et audiunt
sapientiam tuam. Sola autem et pilleos capitum deponunt ut inter
caput eorum et deum nichil sit medium et aures habeant revelatas.
Luce x. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis quod
multi reges et prophete voluerunt videre que vos videtis et audire
que auditis et non audierunt. Prior est oculum videntem et aurem
audientem utrumque fecit dominus. Manum autem liberatas significat expeditas
ad opus. Exodi xix: Omnia que locutus est dominus faciemus et erimus
obedientes. Sic ergo stantibus et dispositis omnibus legit ergo evangelium in
quod gravatum in sex preeminentiam. Item ad septimam primum quidem est
Item in sex et pre eminentiis ad septem ras
nomine quia est boni nuncium boni mentis quod est omnis boni bonum
1 et non particulare bonum. Et hoc bonum solum dei marci. Nemo
bonus nisi solus deus. Ps. Bonus es tu et in bonitate tua
doce me iustificationes tuas. Secundum est quod est sponsorum et sermo
2 sermonum quia est ipso sic est [?] scribitur quia verbum. Ps. Lucer-
na pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. Tertia
3 autem est quia fidei est principalium et fundamentum quia est ipso omnia pro-
batum. i Cor. iii: Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod
positum est quod est Christus Ihesus. Christus autem Ihesus est verbum dei et
ingenitum. Et verbum dei veritatis est fundamentum. Quarta pre-
4 eminentia est quia est spiritus omnium verborum et alia verba legis et
apostolorum et prophetarum sunt. Sic dicitur Ioh. vi°: Verba que locutus sum
vobis spiritus et vita sunt. Quinta preeminentia est in auctoritate
quia hic est verbum ipso ore domini promulgatum. Matth. v: Celum et Luce [?]
5 terra transibunt verba autem mea non transibunt. Ps. In eternum domine
6 permanet verbum tuum. Sexta preeminentia est qui verbum illius

est qui solus est conscius secretorum. Joh. i. Deum nemo vi-
dit unquam, nisi unigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarravit. Et
ei. Nemo novit patrem, nisi filius, et cui voluerit filius revelare.
Hec igitur sit in omni veritate et auctoritate preeminens, sic legitur
et auditur. Cum autem iam lectum est ewangelium, diaconus librum
claudit et dat subdiacono portandum, quia iam diaconus per suscep-
tionem libri instructus esse ostendatur, ac si diceret illud Joh. xvi°.
Ecce nunc palam loqueris et nullum proverbium dicis. Nunc scimus quia
scis omnia, et non opus est tibi, ut quis te interroget. Descendens
autem descendit diaconus per viam et gradum aquilonis, ut iam
sufficere se contra maliciam aquilonis triumphasse, ac si diceret
illud Luce x°. Domine in nomine tuo etiam demonia subiciuntur nobis.
Et tunc in processione illa procedunt accoliti et thuriferarius
sicut prius. Sed diaconum precedit subdiaconus, quod signat non
fecit, ut ostendat omnibus quod iam instructus est ad perfectionem. Ps.
Venite et audite et narrabo vobis quanta fecit deus anime mee.
Ps. Venite filii audite me, timorem domini docebo vos. Hac
autem processione ad secretarium procedendo revertuntur, ut ostendat
omnia bona in deum esse refundenda. Job xxxviii. Numquid emittes
fulgura et ibunt et revertentia dicent tibi adsumus. Fulgura enim
micantia exemplis et tonantia verbis sunt ewangeliste, que re-
vertuntur ad deum per gratiarum actionem de profectibus eorum. Baruch
iii. Stelle dederunt lumen in custodiis suis et letate sunt, vocate
et dixerunt adsumus et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas.
Librum osculatur sacerdos perfectior primo et deinde dia-
conus ut dicant illud Ro. vii. Consencio legi dei, secundum interio-
rem hominem, et in hoc est finita sancti ewangelii lectio que nobis
est salus et protectio contra diabolum. Hec Albertus magnus.

[illegible] fides est fundamentum et [illegible] / Et hinc est [illegible] subicitur bono et malis [illegible] ... fides formata / fidelibus [illegible] ... Hebreos xi [illegible] fides est [illegible]

Est ergo ex doctrina et apostolorum, cum hec est fides, sine qua finaliter nemo potest saluari, necessarium est omnes fidem explicite vel implicite firmiter credere et indubitanter tenere. Et talis est quod si ipsa non est salus. Et in eis fides catholica consistit sine qua impossibile est placere deo ad Hebreos xi, nec aliquis saluari potest nisi eius opera deo placeant. Nam ut inquit Athanasius: Hec est fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit saluus esse non poterit. Et ipsa inquit veritas Marci ultimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit; qui vero non crediderit condempnabitur. Et quia fidei veritas diffuse in sacris paginibus continetur, in pluribus quoque locis librorum et longa serie continetur, et ita sequi studium requirebat, ex quo colligendo summatim veritatem fidei, ideo necesse fuit eam in summa colligere, ut sic collecta omnibus fidelibus ad clarius credendum proponeretur, ne simplicium fides per erroneas glosas hereticorum corrumperetur. Quia vero apostoli consilium ab inuicem digressuri ad predicandum evangelium gentibus symbolum composuerunt, in quo quasi tota fides catholica continetur. Nam ut inquit Ysidorus: Symbolum continet confessionem deitatis et trinitatis et unitatis catholice et totum dogmatis sacramentum. Nam apostoli post acceptum spiritum sanctum concorditer conscripserunt super articulis fidei statuerunt, ut sicut omnes erant in una fide concordes, sic illam fidem omnes concorditer per universum mundum predicarent. Et quia ab inuicem separati erant non ab uno sed ab omnibus, et ideo fecerunt symbolum unum ad fidei complementum, et ut maius haberet robur singuli in eo particulas posuerunt, et omnes in suo particulas approbauerunt, ita ut una ecclesia que per apostolos per Christum fundari debebat unam fidei confessionem haberet, que dicitur fides catholica, i. uniuersalis. Ergo fides apostolorum omnibus credentibus in Christum est data que est et ab omnibus apostolis, qui eam fundamentum uniuersalis ecclesie approbata. Et ideo vocatur symbolum apostolorum, quia in eo quilibet posuit suam particulam. Dicitur namque symbolum a sin quod est simul et bole quod est sententia, quasi symbolum est plurium in unum sententia congregata. Et quia in symbolo fides catholica consistit, ideo de ipso aliqua sunt iuxta notanda. Et primo quare symbolum fides ad salutem est necessaria. Secundo de ordine symboli ad evangelium. Tercio de explicacione symboli et eius diuisis temporibus et horis decantetur. Quarto de articulis fidei in symbolo contentis, et quid sit articulus, et specialiter pertractandum. Et quarto [illegible] diebus symbolum [illegible] in missis

Hic de ordine in simbolo dicitur solum

Circa [illegible] apostoli est fides [illegible] fides [illegible] a substando [illegible] in corde ut fundamentum solidum substat edificio / et hoc triplex / ut [illegible] fundamentum domus dei edificande [illegible] [illegible]

et tenebre eam non comprehenderunt / Ezechiel ymno porro ista
in tenebris lucet / infidelitatis tenebras apprehendit / de secundo Job v.
iuxta michi / per quam viam spargitur lux / lux dei dicitur / celestis supertram
Scientia iusti quasi lux splendens
de tercio proverbiorum quarto

Est autem lux ista certitudo invisibilium preteritorum et futurorum / de qua dicit
Crisostomus in omelia de duobus cecis / Talis est natura fidei ut
quo magis occulta tanto magis attendit / propter quod et servi dei
in presentibus non vivunt / sed quanto magis occulta fuerint
tanto amplius attendunt / Sicut quod fides in pectore est preciosa / sed ...
puritate et tranquillitate pulchra / et ille / Et sicut Augustinus in ymno
de verbis domini et ille ... nulla temporum / nulla honores
nulla ... est qua fides catholica est / que peccatores
... salvat / cecos illuminat / infirmos curat / cathecuminos baptizat
... salvat / penitentes vivificat / iustos augmentat / martires
... iustificat / penitentes ... / iustos augmentat / martires
coronat / Et ideo de civitate dei libro xx ... secundum deum suspiciunt
... omnia que videntur ... incredibilia maxime tenet ... veracem
... omnipotentiam / ... ipsum ad voluntatem ... credidit
catholica fides tota non facile omnipotentia ... quod deo
... posse / quod fatemur ... investigare nos non posse / ... quod ...
... et ... esse beatiorem ... fides ... dicens
... fuit anima ... per perfectio fidei / quia ... cor-
... / quod matura ... invitas nichil ... ... in
... fidei ... cordis / quia carne ... / Sicut Ambrosius
in sermone ... dicens ...
... petri fides ... petri / per quam celos aperuit et ... pe-
netravit / ac ... maria calcavit / tota enim ... ...
fidei est ut ... parcat clementia / Sic est quia ... ...
claudit angelica ~~...~~ iamue non porte prevaliat / ... non

[illegible] fluctuata desperet / sed persistet / et ista una est clavis quam fidei [illegible]
videamus / quemadmodum constat / quemadmodum solidata est / Arbitror enim [illegible]
artificum operatorum conflata / Dum enim apostolorum Symbolo fidei sancta ac[illegible]
/ qui veluti peritissimi artifices in unum coeuntes clavem [illegible] suo [illegible]
venerunt / clavem enim [illegible] Symboli dixerunt / [illegible] reserat [illegible]
[illegible] / sicut dicitur [illegible] xpo ad veniat / [illegible] una ipsa [illegible] [illegible]
ca° iij° / velum [illegible] praeficat / ad videndum vitam eternam / [illegible]
[illegible] reperit / ipsa eterna vincat / que facit de latronibus innocentes / [illegible]
facit innocentes latrones / et perfidia facit apostolos [illegible] / et ego simul [illegible]
de fidei symbolum apostolorum [illegible] tenendum / [illegible] Ambrosium in libro
De virginibus [illegible] fidei debemus specialiter [illegible]
atque [illegible] complere / et in tabernaculo [illegible] theodosii / Nichil [illegible]
[illegible] / ita ut dicit Crysostomus in sermone de fide Abrahe / fides [illegible]
perfectissime fundamentum / caritatis vinculum / amoris [illegible] / hec [illegible]
firmat / castitatem roborat / dignitatem exornat / [illegible] conservat /
copulat / artes commendat / et omnibus virtutibus [illegible] / avaritiam [illegible]
puerum [illegible] / in iuvenibus floret / in [illegible] / et [illegible]
[illegible] / officia cuncta custodit / in paupere cum [illegible] gubernat
[illegible] leta / in locuplete honesta / fides [illegible] servat / [illegible]
[illegible] / [illegible] est / in forte [illegible] de fuerint / fides manda[illegible]
[illegible] constituit [illegible] tamen [illegible] fides [illegible] efficit
De summo bono li° 2° ca° 2° [illegible] / put et [illegible]
[illegible] / et [illegible] / [illegible]
[illegible] / sed hanc nullus [illegible] nomine habet / et non veritate / [illegible]
[illegible] fidei [illegible] / sed opere [illegible] veritatem [illegible] /
fo 3a 2e q x ar 1° [illegible] fides diffinit est habitus mentis [illegible]

[illegible] dicit / spes [illegible] eciam [illegible] et [illegible] / [illegible] ibidem punit bona
[illegible] ad fidem [illegible] et [illegible] debita ordinacione [illegible] qui [illegible] ipsius [illegible]
illud et [illegible] debite [illegible] et [illegible] / ita vera
[illegible] opera non [illegible] fide et [illegible] qui [illegible] fidei [illegible]
[illegible] nobis certamen fidei nostre [illegible] in [illegible] et [illegible]
[illegible] fidem opera [illegible] et [illegible] [illegible] qui fidem cum operibus fecerunt symboli reportatur et [illegible]

est declarandum. Secundo est videndum de exposicione eam apostolorum [illegible] Circa primum ergo occurrit quedam priamum [illegible] concilium. Circa primum ergo occurrit quendam primo quid sit fides. Secundo quod est obiectum eius. Tercio an fidem possit habere [illegible]. Primum et [illegible] fides est totius spiritualis edificii fundamentum / ubi [illegible] namque fides non est / nullum bonum opus edificium esse potest / et ubi sana fides non est / non potest esse iusticia / quia iustus ex fide vivit Abakuk [illegible] et ad hebreos x.
Est igitur fides virtus qua ea que fundamentum ad fundamentum [illegible] firmiter creduntur vel est credulitas qua veraciter creduntur que non videntur. Iuxta illud apostoli ad hebreos xi fides est substancia sperandarum rerum argumentum non apparencium. Et dicitur a fidendo quia per fidem confidenter [illegible] premium expectamus vel ideo quia inter deum et hominem fides ponitur ut fidum fundamentum omnium virtutum / et ut prima [illegible] et principium tocius divini cultus / et hinc est quod prima [illegible] virtus [illegible] regni celestis [illegible] [illegible] vocatur [illegible]
Secundum beatum Thomam 2a 2e q. [illegible] articulo 1 sic diffinitur: fides est habitus mentis qua inchoatur vita eterna in nobis faciens intellectum assentire non apparentibus / Ex qua diffinicione patet quod fides non est aliud nisi quedam qualitas in anima genita / et notandum dicitur mentis quia fides non est sensus quia non est in aliquo sensu exteriori sed in anima / quia fides non est [illegible] speculativa et non practica quia fides movet intellectum quod est [illegible] speculativa et non practica [illegible] fides negat racionem ad ea que non apparent quod [illegible] fidei / sic fides credit in trinitate tres personas et unitatem essencie et tamen racio hoc non attingit nec concedit / nisi per fidem illuminata. Et ergo Crisostomus in tractatu de symbolo dicit quod fides est lumen anime hostia vite fundamentum salutis eterne. Et ideo dicit Ambrosius in libro de trinitate [illegible] Aufer argumenta ubi fides queritur / Dialectica taceat / piscatoribus [illegible] creditur et non dialecticis. Fides namque secundum [illegible] in [illegible] racionem suscitat / desiderium fovet / mentem dirigit / et ipsa est dux voluntatis et origo sive radix cunctis operibus meritoriis / quia omne quod non est ex fide peccatum est teste apostolo.
Ad secundum dicendum secundum beatum Thomam 2a 2e q. 1 [illegible] quod obiectum fidei est veritas prima. Et allegat Dionisium de divinis nominibus: fides est circa simplicem [illegible] veritatem. Hec autem est veritas prima. Ergo obiectum fidei est veritas prima. Et ut sic fides est una ex parte obiecti et obiectum formale eius est prima veritas cui credimus quecumque sub [illegible] sit vera. Unde dixit dominus / si potes credere omnia possibilia sunt credenti.
[illegible] adiuva incredulitatem meam / et illud mathei xvii / si habueritis fidem sicut granum sinapis [illegible]
[illegible] est [illegible] spes [illegible] ad romanos x corde creditur ad iusticiam [illegible]
[illegible] spes glorie / de qua habetur ad hebreos xi / fide plurimam hostiam Abel quam Cayn obtulit deo
[illegible] testimonium [illegible] testimonium perhibente muneribus eius [illegible] adhuc loquitur
[illegible] per fidem gloriam adepti sunt et repromissionem / Et dicitur fides [illegible] non apparencium / quia fides est
[illegible] non videt / que est fundamentum omnium bonorum / que est humane salutis inicium / sine fide nemo
[illegible] ad filiorum dei [illegible] / [illegible] quod sine fide katholica [illegible] putat deo
[illegible] est [illegible] si quis tendens ad patriam / in qua se [illegible] [illegible] / relinquat [illegible]
[illegible] et [illegible] deum [illegible] errorem / Unde dicit dyonisius fides est [illegible] / et lumen
[illegible] in veritate / et veritatem in [illegible] / luce [illegible] ad revelacionem gencium / hoc est [illegible] lumine
[illegible] tenebras / fugat [illegible] noctis / [illegible] fecunditat / sicut vero sol / de primo dicit Iohannes [illegible]
unde in Cantica [illegible]

[illegible] symboli reportatur et [illegible] A 2a [illegible] et [illegible]
[illegible] fides [illegible] [illegible] et [illegible] vitam [illegible] quod [illegible] est [illegible] et dabo tibi coronam vite [illegible] quod [illegible] et [illegible]

Diffinicio fidei
[illegible]

[illegible] unde in [illegible] vide [illegible]

Ardo᷑ cupue tempat ꝑsecutam et castrimargiam ... quod in ... ꝓꝑ ... et ... q̄ ... fidei ...

sunt prime veritati

Et s. Tho. vbi supra notat quod augustinus sicut cognoscibilium obiecta
duo sunt scilicet illud quod materialiter cognoscitur et hoc dicitur materiale obiectum
et illud quod cognoscitur formaliter et hoc est racio formalis obiecti sic
in sciencia geometrie materialiter scita sunt conclusiones formalis vero racio
sciendi sunt media demonstracionis per que conclusiones cognoscuntur
Ita est in fide si consideremus formalem racionem obiecti nichil
aliud est quam veritas prima Non enim fides de qua loquimur in sim-
bolo assentit alicui nisi quia est a deo revelatum unde ipsi veri-
tati divine fides innititur tamquam medio Si vero consideremus
materialiter ea quibus fides assentit non solum est ipse deus sed et
multa alia que tamen sub assensu fidei non cadunt nisi secundum quod
habent aliquem ordinem ad deum prout scilicet per aliquos divinitatis
effectus homo adiuvatur attendendi ad tendendum ad divinam fruicionem
Et ideo eciam ex hac parte obiectum fidei est quodammodo veritas prima
inquantum nichil cadit sub fide nisi in ordine ad deum Sed
de tercio an fidei possit subesse falsum et videtur quod sic probatur quia
unum de pertinentibus ad fidem est ut aliquis credat sub sa-
cramento altaris verum corpus christi contineri potest autem contingere
quod sacerdos non debite proferat verba consecracionis tunc ibi non
est verum corpus christi sed solum panis ergo fidei potest subesse falsum
Sed in oppositum arguitur nulla virtus perficiens intellectum se habet
ad falsum secundum quod falsum est malum intellectus ut patet per philosophum in 6°
Ethicorum Sed fides est quedam virtus perficiens intellectum ergo ei
non potest subesse falsum Quod hoc videtur secundum s. Tho. 2a 2e q. 1 ar.
iii in principali visione ad questionem quod nichil subest alicui
potencie vel habitui aut eciam actui nisi mediante racione formalis
obiecti sicut color videri non potest nisi per lumen et conclusio sciri
non potest nisi per medium demonstracionis Dictum est autem quod racio for-
malis obiecti fidei est veritas prima unde nichil potest cadere sub fide nisi
inquantum stat sub veritate prima sub qua nullum falsum stare potest sicut
nec non ens sub ente nec malum sub bonitate Ex quo patet quod fidei
non potest subesse aliquod falsum Continget tamen fidem corrumpi multipli-
citer obiective et hoc contingit propter multiplicem causam dupliciter aut
in universali aut in particulari In vniversali quando non credit veram

Sed ad aliud in oppositum dicendum quod fides credentis non fert ad has species panis vel illas. Sed ad hoc quod verum corpus Christi sit sub specie panis sensibilis que recte fuerit consecrata. Unde si non sit recte consecratum fidei non subiacet. Propter hoc sanctus Thomas contra fidem contingit multis oberrare dupliciter aut in toto aut in particulari. Primo in toto qui non credit vera esse fidei que tenet ecclesia katholica quia sic pertinaciter non credit aut discredit aut eius intellectui contrarium credit. In particulari si unum ex articulis non acquiescat vel ab eo pertinaciter dissentiat. Cause errorum sunt decem. Prima est ignorancia mensure et capacitatis intellectus humani. Propter quod aliqui non esse credunt que eorum non capit intellectus. Sed errant. Terminos enim deus posuit limites et terminos humano intellectui que et quot et quanta capiat capacitate sua naturali multa sibi reseruans secreta cui et quando et quomodo voluerit reuelanda. Genesis iii° Dominatus dimisit deus me suam fidem. Thomas viii. Secunda causa est auersio intellectus ab eis que credenda sunt et conuersio ad errores. Unde qui sic amat errores suos ut contraria eis nolunt audire. Proverbiorum xviii. Sicut ergo homo non videt per lumen solis nec sol in indicium sic nec intellectus intelligit ea a quibus se auertit. Et ideo qui nolunt audire racionem quibus posset ad veram fidem induci ideo est inverum si remanet in eorum erroribus. Tercia causa est proparum rerum subtilitas et intellectus grossicies. Sicut enim qui turbidum habet visum non videt quod videtur ab aliis. Sic infideles et indocti non capiunt que credenda sunt scilicet propter rerum subtilitatem et propter grossiciem et turbiditatem intellectus eorum. Quarta causa est elongacio distancia inspicientia et incogitacio in rebus credendis. Qui enim nolunt a suis sordibus et cordibus surgere non possunt ad spiritualia peruenire. Unde super Cantica dicit: Si aliquis fides non percipit quod sunt sponsi dei, quod lux maxima circumfundit oculos eorum vel clausos et propterea ipsi videri non possunt qui nec studio nec excercitacione appropinquant ad illa. Et nota quod veritas fidei est ad intellectum qui est visus interior sicut lux et color ad visum exteriorem. Quinta causa est stulticia siue superbia qua aliquis vult intelligere intellectu naturali quod per se quidem capi non potest sicut si quis visu humano vellet videre quod

Cause errorum

Ignorancia

Auersio

Subtilitas rerum

Incogitatio

Superbia

visu non potest videre videri / aut manu attingere altitudinem
longe desuper eminentem conniventem. Superbia est velud inflacio
et tumor mentis interioris. Unde Augustinus: tumore meo separabar a deo / et mens nimis inflata claudebat oculos
meos. Unde super Daniel: superbo oculo non videt veritatem
/ in eo patet quod omnis hereticus arrogans est / nam
superbia facit hereticum / non ignorancia. xxiiij q. iij in
dixit apostolus / Et b. Gregorius li. xx moralium dicit quod superbia
est mater et fundamentum hereticorum / nisi enim plus in corde
intumescerent ad prave assercionis certamina non venirent
Et secundum b. Thomam in scripto quarti dist. xiij. Duo concurrunt ad racionem
hereticum. Unum est error in racione / et hoc est heresis inicium
/ alterum pertinacia in voluntate / et hoc est heresis complementum. Ex quo eciam patet quod qui pertinaciter
discredit unum articulum fidei / nec est paratus sequi doctrinam
ecclesie / nec eius innititur prime veritati infallibiliter
secundum quod manifestatur in sacris scripturis / Et ideo non habet habitum
fidei formatum nec informem / nec firmiter credit aliquem alium
fidei articulum. Et racionem assignat b. Thomas 2a 2e q. v quia
ar. iij sicut quodlibet peccatum mortale contrariatur caritati / ita discredere
unum articulum fidei contrariatur fidei. Sed caritas non remanet
in homine post unum peccatum mortale / ergo nec fides remanet
secundum habitum postquam homo discredit unum articulum fidei / Ex
quo sequitur quod nullus hereticus habet fidem katholicam
/ aliquam fidei / Et racio huius conclusionis est quia fidei non potest subesse
falsum ut supra dictum est / Et sic hereticus reputatur lesus
unum in quo errat contra fidem / et ergo iste error destruit
ipsius fidem sicut peccatum mortale caritatem expellit / ut
dicit b. Thomas 2a 2e q. xi ar. iij in principali responsione
ad hoc notando dicit / duo sunt consideranda circa hereticos
Unum quidem ex parte ipsorum / aliud ex parte ecclesie. Ex parte quidem
ipsorum est peccatum per quod meruerunt non solum ab ecclesia per
excommunicationem separari / sed eciam per mortem a mundo excludi
/ multo enim gravius est corrumpere fidem per quam est vita
anime / quam falsificare pecuniam per quam temporali vite subvenitur
/ Et quod falsarii pecunie vel alii malefactores per principes seculares statim iuste morti traduntur / ergo multo magis

hereticorum statim cum deprehensi et convicti fuerint possint non solum ex-
communicari sed etiam iuste occidi. Sed peccator autem catholicus est unam ad
gerendam conversionem et ideo non statim condempnatur sed post pri-
mam et secundam correctionem ut apostolus docet. Quemadmodum sed ad ter-
tiam incitat ecclesia dei de eius conversione non sperans aliorum
saluti providet alium ab ecclesia separando per excommunicationis
sententiam et relinquit eum iudicio seculari a mundo exterminan-
do per mortem. Sicut enim apostolus ad Galatas et habetur xxiiii q. iii in
Resecande sunt putride carnes et scabiosa ovis a caulibus
repellenda ne tota domus massa corpus et pecora ardeant
corrumpantur putrescant intereant. Arrius in Alexandria una scinti-
lla fuit sed quia non statim oppressus est orbem eius flamma popula-
ta est. Sexta causa inquisitio rationum que sunt scale per quas ascen-
ditur ad peccata. Et ideo destructa scala per quam in incomparabilem fidei
altitudinem ascendendo ad ea nullatenus ascenditur eo quod per solas ratio-
nes quasi per scalam que illud attingunt attingat ascendere sufficien-
ter. Septima causa est negligencia qua dei adiutorium
non petitur ad credendum fidem. Cum donum dei est gratuitum
et ideo a deo petendum. Matth ix Credo domine adiuva incre-
dulitatem meam. Et ad Ephesios ii Gratia dei salvati per fidem
ut cognoscamus verum deum. Merito ergo iustissimo dei iudicio
dei adiutorium non obtinent qui illud obtinere non curant. Me-
rito ergo lumen gracie divine cor illud ad illustrandum non ingre-
ditur qui aperire ei non conatur. Octava causa est peccati obstacula
quod a regno dei viam obstruit. Hoc enim est immundicia opera 8
quasi proiectum magis lumen intelligencie solis a se repe-
llunt. Job xxiiii Ipsi fuerunt rebelles lumini. Affectio inordina-
ta est velut latitudo interioris oculi intellectus trahens ad contraria
fidei ut timor inordinatus vel amor vel odium. Sicut enim
radii solis illius domum non illuminant qui fenestras et hostia
claudit sic radii solis invisibilis i. dona gracie et virtutum cor-
da peccatorum non intrant nec illuminant qui ea sibi manibus suis
propriis i. malis operibus a se vetant que sunt sibi manus interposite
inter solem intelligencie et cordis oculos ad eos obscurandos
Et sic si interponatur aliquod obstaculum inter aspicientem et solem
non contingit aspicientem ad solem videre nisi interpositum amo-
veatur. Sic omnes erronei non possunt videre veritatem propter infide-
litatem interpositam in corde suo quantumcumque eis ostendatur veritas

salutis prover. xviii. Non recipit stultus verba prudentie nisi ea
dixeris que versantur in corde eius. Secunda quod error fidei non est
per se damnabilis sed pertinacia in eo, vel negligentia, sive depra-
vatio voluntatis avertendi se ab errore et sciendi, vel cognoscendi
veritatem iuxta illud psalmi: noluit intelligere ut bene ageret. Et ideo
considerandum est an simpliciter erat quis contra fidem seductus
ab alio, an pertinaciter tanquam seductor. Nam seductus medendus
est sanatione et correctione tanquam vulneratus a serpente, seductor
vero exterminandus est gladio et igne, tanquam serpens cremandus.
Multum enim differt inter serpentem et vulneratum a serpente. Consi-
derandum igitur quod fides non habet laudem meriti nec spem retributionis
eterne, nisi cum voluntate et amore teneatur, nec error damna-
bilis nisi teneatur valde approbando, defendendo, vel circa negligendo
quod non debet esse negligens aliquis circa fidem, sed totis viribus
ab erroribus et ignorantiis debet se cavere, quod in quibus dam-
nabile est decipi, et posse decipi etiam. Et ideo valde re-
prehensibilis est tepiditas vel negligentia circa fidem. Illud etiam
considerandum quod pertinacia consistit et mora et contumacia in
contemnendo contemptu. Confirmatio fidei est testimonium
miraculorum. Marci ultimo, et ad hebreos ii fides confirmata est
in nos contestante deo signis et portentis et variis virtutibus
et spiritus sancti distributionibus secundum voluntatem suam. Miracula
nempe sunt ad eius edificationem fidei et morum. Apostolis enim et apostolicis
non est credendum in articulis fidei, nisi miraculorum testimo-
niis, que miracula sunt solius dei opera. Lyra de [illegible] cum e-
[illegible] in [illegible] super Ysayam dicit: Non potuit
fides ipsorum quodammodo fuisse confirmata. Clamantibus apostolis
et apostolicis viris sine signorum magnitudine, et ideo super Mar-
ci: Terra plena miraculis, ubi fidelium credulitas plus actibus
quam locutionibus crederetur. Iudei testimonia miraculorum haberent donec
fidem deseruerant, et hec translata sunt cum fide ad apostolos et ad
ecclesiam de iudeis et gentibus congregatam, et ibi perseverant,
et ita ea posita ut posteriores videant et remota remoti remoneant, scilicet
ipsius testimonia et effectus, vel iudei nec sarraceni nec ydo-
latre nec heretici habent ad confirmationem secte sue suarum
testimonia miraculorum. Miracula divina [illegible] duxit operacionem

mandat et insolitas cursui contra nature contrarias, ut illumina-
ciones cecorum, suscitaciones mortuorum, et huiusmodi, que apud
infideles non sunt propter infidelitatem et maliciam eorum. Item
quia fides Christi est testificata a lege et prophetis. Et Ricardus in
si error esset a deo essemus decepti, que tantis signis et
talibus hec non nisi per deum possunt fieri hec confirmavit
in nobis. Item hec a sanctis viris sunt tradita nobis et tam
firma et autentica testificacione probata, domino cooperante et
sermone confirmante sequentibus signis. Marci ultimo.
Ex quibus patet quanta mala infidelitas hominibus operatur. Et quam
magna commoda e contra fides habita confert. Fides autem est
summe necessaria pro assecucione eterne salutis. Et hic quattuor
faciunt que operatur fides in homine. Causat primum quod per fidem
anima deo coniungitur. Nam anima fidelis facit cum quoddam
matrimonium cum deo. Osee ii° dicit: Desponsabo te mihi in
fide. Et inde est quod cum baptisatur primo confitetur fidem
cum dicit: Credo etc. Baptismus enim sine fide nichil prodest. Ideo
dominus dicit Marci ultimo: Qui crediderit et baptisatus fuerit salvus erit.
Secundum est quod ex fide nobis vita eterna inchoatur. Nam vita eterna
nichil est nisi cognoscere deum. Unde Johannis xvii° dicit: Hec est autem vita
eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti Ihesum Christum.
Et hec cognicio incipit in nobis hic per fidem et perficietur in vita futura
quando cognoscemus eum sicuti est. Prima Johannis iii°. Et ideo ad Hebreos
xi dicitur quod fides est sperandarum substancia rerum. Tercium quod operatur in
nobis est quod per fidem vita presens dirigitur. Nam ad hoc
quod bene homo vivat oportet quod sciat necessaria ad bene vivendum. Fides autem
docet omnia necessaria ad bene vivendum. Ipsa enim docet quod unus est
deus qui est retributor bonorum et punitor malorum, et quod est alia
vita post istam, et huiusmodi, quibus allicimur ad faciendum bona et vitan-
dum mala. Abacuk ii°. Quartum quod in nobis operatur est quod per
fidem vincimus temptaciones. Ad Hebreos xi°: Sancti per fidem vicerunt
regna. Et hoc patet quia omnis temptacio vel est a dyabolo vel a mundo vel
a carne. Si est a dyabolo qui temptat ut non obedias deo nec ei sub-
iciaris, et hoc removetur per fidem. Nam per fidem cognoscimus quod
deus est dominus omnium et ei est obediendum. Ideo dicit Petrus: Adver-
sarius vester dyabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem
devoret, cui resistite fortes in fide. Prima Petri v. Si autem est tempta-
cio a mundo qui temptat vel alliciendo prosperis vel terrendo adversis

Hec removet perfidiam que nos facit credere aliam vitam
deliciosiorem ista ideo despicimus prospera et non formidamus
adversa huius vite. Hec enim victoria que vincit mundum fides
vera que ipsa docet nos credere bona meliora scilicet paradisi et mala
peiora scilicet inferni. Sed non tentacio est in carne que nos
inducit ad tentaciones ad momentaneas delectaciones presentis
vite. Hec etiam removet perfidiam que ostendit nobis quod si istis adhe-
rimus indebite perdimus eterna. Gaudia ut ait apostolus Si secundum
carnem vixeritis moriemini ad Romanos viii. Apostolus ad Ephe. vi°
dicit In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omnia
tela nequissimi ignea extinguere etc. Postquam vidimus quod utile est habere fidem
Tertio ad sciendum principaliter per quem ordine quidem [illegible] continentur [illegible]
symbolum dicendum quod [illegible] insignia [illegible] que continentur
in [illegible] fidei adhuc et credere debemus [illegible] que
audivimus [illegible] Unde [illegible] fides ex au-
ditu auditus autem per verbum Christi [illegible] ibidem
Corde creditur ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem Et
[illegible] vocatur ex evangelio [illegible] tempore [illegible] symbo-
lum ore decantatur. Symbolum [illegible] ut [illegible] fide
que obscura est [illegible] Nam [illegible]
hec eo loquitur [illegible] credendum [illegible] sacerdos
[illegible] et [illegible] Ideo est quod fides nobis [illegible]
velatur. In signum quod huius [illegible] omne bonum [illegible] a deo
sacerdote [illegible] Nam omne datum optimum et omne donum
perfectum de sursum est descendens a patre luminum Iacobi i°. Sim-
bolum autem dicitur [illegible] sermonum [illegible] dicitur
a simplitate et collatione [illegible] symbolizare dicitur [illegible] ex
pluribus partibus fit unum commune [illegible] qui di-
cunt symbolum collectio dicitur a Grecis collectio [illegible] non
symboli [illegible] a collatione [illegible] hominum in unam
fidem. Secundo a collatione [illegible] fidem [illegible] apostoli collati
ad hanc fidem [illegible] Dicit enim Innocencius postquam
apostoli [illegible] acceperant cum iam [illegible] ad predicandum [illegible] in
[illegible] numero duodecim articulos fidei statue-
runt ut sic omnes in una fide [illegible] Sic unam fidem
omnes [illegible] predicarent et ideo symbolum componentes
unusquisque [illegible] particulam adiecit ut infra patebit
et sic duodecim particulas secundum xii apostolos dicitur continere. Ter-
cio quia ex diversis libris sacre scripture ea que credenda sunt colligit

in eo ut ex promto habeantur. Nam cum fidei veritas in hac sacra
scriptura contineatur in pluribus locis et longum studium requiratur
ad colligendum summatim veritatem fidei necesse fuit in summa colli-
gi ut sic collecta omnibus proponatur ad credendum ne fides sim-
plicium per hereticas scripturas depravatas corrumpatur et ut sic
singulorum cognitio credendorum habeatur. Guillelmus sumpsit nomina
collectione quia gemina beneficia nobis divinitus collata recolliguntur.
Sed si quis dicat articuli fidei non debuerunt colligi in symbolo
eo quod tota fides specialiter per sacram scripturam instruatur. Sic ergo
superfluum fuit articulos in symbolo ponere. Respondet ut aliqualiter
tactum est quod oportuit ea que a diversis locis [illegible] sacre
scripture tacta sunt colligi in unum locum ut fides in promto ma-
gis haberetur. Veritas namque fidei diffusa est in sacra scriptura
diversimode in pluribus librorum locis et longum studium requiritur
ad legendum singillatim veritatem fidei. Necesse igitur fuit in unum
colligere ut sic collecta omnibus clare proponatur ne fides simpli-
cium corrumpatur per hereticos depravantes glosis suis scripturas.
Item symbolum alta voce cantatur ut omnes illud dicant et
audiant. Omnis enim homo tenetur publice fidem katholicam
profiteri. Propter quod in fronte crucis signatur. Sed in prima et in
completorio sub silencio dicitur ne mulieres incipientes perdant suam
tamen virginitatem. Prima vero alia ad denotandum [illegible] credere
ad iustitiam est. Sed tamen ideo et hodie fides katholica libere predi-
catur [illegible] in prima sub silencio dicitur ad denotandum quod in pri-
mitiva ecclesia fideles propter persecucionem [illegible] et predicatores et fidei pro-
fessores siluerunt. Et similiter in completorio sub silencio dicitur ad
signandum similiter quod in fine seculi [illegible] antichristi persecutione invalescente
silentium ora claudantur. De tercio principaliter sciendum quod tria symbo-
la principalia ponuntur. Primum est apostolorum scilicet Credo in deum patrem 3
omnipotentem. Secundum est nicenum quod decantatur diebus dominicis post
ewangelium scilicet Credo in unum deum. Tercium est Athanasii doctoris
egregii scilicet Quicumque vult salvus esse. Primum dicitur in prima et in
completorio. Secundum dicebatur in missa. Tercium solum in
prima. Primum symbolum sufficiebat ad instructionem ecclesie novelle
dum adhuc non erat ecclesia maculata heresibus unde in primitiva ecclesia quasi
nulli aut tamen pauca erant heresia. Sed postquam heresibus crescentibus et pra-
vis contra fidem scripturam expositionibus invalescentibus necesse fuit
ut in symbolo apostolorum contenta munirentur expositionibus et declara-
tionibus et propter hoc fuerunt per sinodum alia symbola instituta. Causa

aut Papia quare fuerunt symbola instituta ait ut omnes
fideles ex diversis partibus / linguis / nationibus et gentibus con-
venientes / in una fidei veritate instituerentur et regerentur concorditer
/ ut si in nullo discreparent / similiter in credendo et ad salutem
principibus concordarent / Unde Apostolus / obsecro vos fratres ut id-
ipsum dicatis omnes / Et dicitur de symbolo et in antiquis
gradu quod licet sit lex quam deus promisit / dicens / Dabo le-
gem meam in medio eorum / et in cordibus eorum scribam
eam. Quia Augustinus libro primo de symbolo dicit / Credere regulam fidei
quod est symbolum etiam accepistis / et quotidie
animo dicimus / et antequam procedatis symbolo te munire / Et
addit idem Augustinus / Fides tamen tota tenenda datur in symbolo
/ paucis verbis concluditur / ut credendo recte vivatis / recte
vivendo cor mundetis / corde mundato quod creditis intelligatis
Alexander vero de hales addit quatuor symbola / Unde de
synodis quod in magna synodus conciliorum / unde postea hilarius
pictaviensis episcopus scripsit librum de synodis / et illud
composuit quod debet etiam legi in synodis totum / ut sciatur quod
eius precedat / Et sanctum quatuor symbola fuerunt sub diversis
temporibus / Symbolum enim apostolorum factum fuit tempore primitive / quod ideo
parvulum / in medium solemniter fuit / propter quod dicitur sub missa
voce / ut dictum est / Et symbolum grece latine sonat indicium
/ quia regulam fidei plene et perfecte indicat / Symbolum autem nice- 2
num quod scilicet innocentius papa constantinopolitanum / factum
fuit tempore veritatis iam publicate contra aliquos hereticos
insurgentes contra fidem / propter quod solemniter in missa post evangelium
decantatur / Symbolum vero Athanasii quod fuit tempore hereticorum
contra hereticos / in quo tamen tempore veritas prevaluit / propter quod mane
iam pulsis tenebris recitatur / illud enim magis pertinet ad doctrine
traditionem quam ad modum symboli / Et in primis ecclesie eadem veritas
continetur / sed magis clare in uno quam in alio / Symbolum aposto- 2
rum autem fuit ad ponendum fidei doctrinam / Et ideo quo- 2
tidie dicitur in prima et in completorio quia in principio diei / et
noctis in signum huius quod ut omnis initio a fide debet sumere
initium / et in fide terminari / Est et ad fidem tamen in precibus
et in adversis / que per diem et noctem designantur / protegimur 2
Est et propter hoc ut si homo ista die moriatur quod inveniatur
in fide katholica decessisse / Secundum symbolum scilicet nicenum
non singulis diebus dicitur / sed in istis in quibus homines magis

ad ecclesiam conuenire consueuerunt / et in ipsa aliqua sollempni-
tas facta est in hiis que ad articulos fidei pertinent et editum
est quod ad manifestationem fidei et eam ad elucidandum et ipsam
defendendam / Sed dicitur symbolum quasi collatio fidei / quia aliqua
est assensus / Sed dicitur augustinus in epistola ad ... quod ... applica
... est honor ... ut quicumque dixerit ... principia
esse credimus sicut credenda / Quia preter symbolum apostolorum non de-
buerunt fieri aliqua symbola alia / nec aliis ut videtur esse
assentiendum / Ad hoc videtur quod preter illud alia symbola post apostolos
edita sunt / nihil de suis apposuerunt / Sed ex superius scriptis ea
que credenda ... exposuerunt / Et quia quedam difficilia in
symbolo apostolorum continentur / ideo ad eius explanationem
editum est symbolum nicenum quod diffusius fidem quo
ad aliquos articulos explanat et prosequitur / Et quia quedam que-
dam in ipsis symbolis continebantur implicite / que opportu-
tet insurgentes hereses explicare / ideo additum est symbolum
Athanasii patriarche alexandrini qui insurgebat contra here-
ticos se opposuit et eos in eorum heresi manifestauit / et ex-
ceptionis destruxit / Sed de quarto principaliter scilicet de articulis fidei
in symbolo contentis est sciendum / quod articulus duobus modis
sumitur / Primo omne illud quod ad quod arctat nos fides / et
illo modo deum esse unum est unus articulus fidei / et licet hoc
alio modo scire possimus / scilicet per rationem / tamen per fidem arctamur
ad hoc credendum / Alio modo articulus dicitur omne illud quod arctat nos
sola fides / et isto modo dicitur articulus / omne illud quod excedit
lumen naturalem rationis / ut deum esse trinum in personis / et unum
in essentia / et filium dei incarnatum etc. / et ista proprie dicuntur arti-
culi fidei / quia nos arctant ad credendum deo et proximi / Et ut
dicit ... ordinem directiuus respectu omnium eorum que sunt
sequuntur sunt credenda / et que fides apostolica tenet et vniuer-
salis docet / extra quam non est salus / Et dicitur fides katho-
lica id est universalis ad omnes fideles se extendit / Et hinc est
quod omnes fideles tenentur articulos credere fidei / Et quia duplex est arti-
culus / scilicet formatus / et informatus / siue informis / Articulus forma-
tus est propter veritatem / vel propter veritatis diuine in ipsum
tendentis / vel mouentes / quia acceptio fidei a nobis non est / sed
palam nobis infudit / ideo dicitur proprie / quod palam accepimus Jacobi
articuli fidei sic se habent in doctrina sacra / sicut se habent prima principia
in naturali philosophia / qui per rationem naturalem cognoscuntur / articuli vero fidei in lumine
super naturali creduntur /

differentia articuli

omne datum optimum / et omne donum perfectum desursum
est descendens a patre luminum. Et per hoc separatur a cognitione phi-
sica que est de deo per rationes naturales et a nobis / Illa vero cognitio
de deo que dicitur articulus / non est a nobis / sed a solo deo in-
funditur / Ex concessione divina [illegible] Per hoc quod dicitur veritatis divine
[illegible] [illegible] [illegible] articulo [illegible] illam que est de deo
[illegible] Per hoc separatur a veritate que subest fidei [illegible] arti-
culus. Per hoc quod dicitur in ipsum tendens / separatur ab articulo informi
qui quamvis sit veritas propter a deo / non tamen movet in deum
/ Et [illegible] forma [illegible] caritate que est forma omnium virtutum
ordinatur et movetur in deum [illegible] informatur opera ut deo
placeant et a deo sint [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] imperat
Articulus vero [illegible] sic [illegible] ad formandum et informandum sic
diffinitur / Articulus est [illegible] ad credendum [illegible] [illegible] secundum
Richardum de sancto victore [illegible] [illegible] est indivisibilis veritas
de deo artans nos ad credendum / Sed secundum [illegible] [illegible] articulus est
perceptio divine veritatis [illegible] in ipsam [illegible] diffinitio Richardi
[illegible] de articulo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dicit articulus
nos ad credendum [illegible] [illegible] [illegible] articulum [illegible] est [illegible]
fidei forte / et ideo dicit [illegible] est perceptio divine veritatis tendens in deum
/ et quia fides forte [illegible] [illegible] [illegible] et affectum [illegible] illuminat
intellectum ad credendum / et [illegible] affectum ad tendendum in deum
/ [illegible] quod articulus dicit [illegible] divine veritatis quo ad actum
intellectus et tendens in [illegible] [illegible] quo ad actum affectus
/ Sic igitur articulus est divine veritatis perceptio dirigens nos ad finem
[illegible] scilicet deum / Et [illegible] veritas [illegible] ad similitudinem
in rebus temporalibus / [illegible] articulus [illegible] organum quod non est
divisibile in partes plures [illegible] / [illegible] dicitur divisibile in plures non
est articulus / sicut manus que in plures digitos dividi potest / Sed ipse
digitus / unde per eius dicitur articulus / Sic veritas fidei que non
dividitur in plures difficultates specialiter dicitur articulus / quod autem
dicitur artans nos ad credendum / intelligendum est non de artatione
coactionis / cum secundum Augustinum nullus credit nisi volens / sed de
artatione suppositionis / scilicet si aliquis vult salvari artatur ad cre-
dendum / quia qui non crediderit condempnabitur Marci ultimo
Dirigens dicitur quia artat nos necessitate finis / quia sine fide articulorum
[illegible] nullus potest salvari / quia articulus est aggregatio fidelium dirigens
nos in ultimum finem / Et secundum quod articuli diversimode distinguntur
Distinctio autem quantum ad ipsa credibilia / et sic sunt [illegible] [illegible] quantum
ad ipsos qui articulos condiderunt et sic sunt [illegible] secundum numerum apostolorum

Nota quod simbolum fidei / et oratio dominica prothotalge [illegible] celestis ad celorum regna sufficiunt [illegible]
secunda [illegible] [illegible] latitudo septuaginta [illegible] oratio dominica. et simboli brevitate concluditur [illegible] versus
de patre nato dant et de flamine sacro articulos petrus andreas / bartholomeus / [illegible]
natum Jacobus passum Johannes infernus / thomas / philippus ponit in altum / fert qui in celum
communio sancta matheus [illegible] dimittit symon / fert surge Judas / Judas alpheus
[illegible] vitam quod mathias [illegible] [illegible] apostolis [illegible] [illegible] ad voluntatem deus dedit
[illegible] / super [illegible] / ut ea curarent / super demones / ut eos eicerent / super elementa ut ea
[illegible] / super aras / ut eas [illegible] absolverent / super mortem / ut ipsam contemnerent / super
angelos ut corpus domini consecrarent

Diffinicio articuli quid

Distinctio articulorum

hec est fides dicta habendo respectum ad eos qui symbolum composuerunt
sicut sunt .xii. Considerando autem illa que radicaliter sunt credenda sic
sunt .xiiii. quemadmodum Et quatuordecim vero [illegible] ... Io. p°
in visione prophetica ad quod dicitur Tunc dat sunt que pre pertinet ad fidem
quorum possessionem in vita eterna perfruemur sequitur ducunt ad
vitam eternam Duo autem nobis videnda promittuntur scilicet occultum divini
tatis cuius visio nos beatos facit Et misterium humanitatis per quam
in gloriam filiorum dei accessum habemus Iohannes .xvii. Et Io. p°
hec est vita eterna ut cognoscant te deum verum unum et quem misisti
Iesum christum Et ideo sunt distincta credibilium que quedam pertinent
ad maiestatem divinitatis quedam vero pertinent ad misterium huma
nitatis quod est sacramentum pietatis Ad Thi. iii. Circa
maiestatem divinitatis tria nobis credenda proponuntur Primo
unitas divinitatis et ad hoc pertinet primus articulus scilicet credo in unum
deum Secundo trinitas personarum et ad hoc sunt tres articuli secundum tres
personas Tercio vero proponuntur nobis opera divinitatis propria quorum primum
pertinet ad esse nature et sic proponitur nobis articulus creationis
Secundum vero pertinet ad esse gracie et sic proponuntur sub uno articulo
omnia pertinencia ad sanctificationem humanam Tercium vero pertinet
ad esse glorie et sic proponitur alius articulus de resurrectione car
nis et de vita eterna Sunt enim septem articuli ad divinitatem per
tinentes quorum primus est de incarnacione Secundus de nativitate
eius ex virgine Tercius de passione eius et morte et sepultura Quartus
est de descensu ad inferos Quintus de resurrectione Sextus de ascensione
Septimus de adventu ad iudicium Et sic omnino sunt .xiiii. articuli Quidam
tamen distinguunt .xii. articulos fidei sex pertinentes ad divinitatem
fidei et sex pertinentes ad humanitatem Tres enim articulos trium per
sonarum comprehendunt sub uno quia eadem est cognicio trium personarum
Articulum vero de opere glorificacionis distinguunt in duos scilicet in resurrectionem
carnis et gloriam anime Similiter articulum conceptionis et nativitatis coniungunt
in unum Et predicti articuli in symbolo apostolorum designati sunt
figurati per .xii. panes qui recentes et calidi super mensam propositionis
ponebantur Levitici .xxiiii. et Exo. .xxv. Item per .xii. lapides qui
extracti sunt per viros electos de .xii. tribubus Israhel de alveo iordanis
Iosue iiii° duodecim viros assume singulos per singulas tribus de iordane quos ex ioseph [illegible]
dam Sequitur Ex deo et homine una in duabus [illegible] naturis
persona Per lapides .xii. sunt .xii. articuli fidei quos apostoli extraxerunt de
divinitate et humanitate trinitatis scilicet de patre et de filio quibus de
spiritu sancto Tunc dicitur durissimi lapides propter firmissimum
fidei fundamentum Et ponuntur in loco castrorum id est in ecclesia que est
ut castrorum acies ordinata Cant. vi. Et Apocalipsis .xxi. Primus
articulus pertinens ad divinitatem scilicet credo in deum patrem omnipotentem
Et ideo dicitur ibi in medio illorum vidit similem filio hominis.

Item sunt figurati per vii candelabra Apocalipsis .i. ubi Iohannes dicit se vidisse vii candelabra aurea et in medio vii candelabrorum aureorum similem filio hominis et ille habebat in dextera sua septem stellas Per septem stellas lucidas firmamenti de natura celesti intelliguntur vii articuli de divinitate Per septem autem candelabra aurea que sunt de terrena materia optima et depurata intelliguntur vii articuli pertinentes ad humanitatem christi

ad nativitatem, tercius ad passionem, quartus ad descensum
ad inferos, quintus ad resurrectionem, sextus ad ascensionem, septi-
mus ad adventum Christi ad iudicium. Et quia pater non est missus sicut
alie persone, propter effectus missionis sibi competit articulus [illegible] dei
est patris. Secundo, a gratia patris [illegible] primus articulus assignatur, et sex filio
et quinque spiritui sancto in symbolo apostolorum, et quare non equaliter
assignentur omnibus personis, cum omnes persone coeterne
sibi sint et coequales. Dicendum quod [illegible] est primum ens unitas
sine principio, unde ipsa persona non habet principium, sed pater est principium
non a principio, et ideo appropriatur ei unitas, ad quod signandum
in symbolo fidei unus ei articulus assignatur. Senarius vero numerus
perfectus est, et ideo filio appropriatur, quia deus pater in dispensatione
plenitudinis temporum instauravit omnia in Christo que in celis et que
in terra sunt, Ephesios primo. Et ideo competenter sex articuli filio assi-
gnantur. Quinarius vero spiritui sancto attribuitur, sic remissio peccatorum,
per quinque sensus commissorum. Fides horum xii articulorum est corona xii
stellarum in capite sponse, id est in ecclesia, Apocalypsis xii.
Et quia in symbolo apostolorum [illegible] continentur veritates et unitas
essencie et trinitatis ac divinitatis incomprehensibilis unitas, in xii articulis
symboli credenda. Et primum quem composuit princeps apostolorum beatus Pe- 2
trus iecit, tanquam fundamentum firmissimum et lapidem durissimum, super quod
omnes alii articuli habent robur et firmamentum, iuxta dictum veritatis
Mathei xvi: Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam
meam, et porte inferi, id est heretici et tyranni et adversarii fidei,
non prevalebunt adversus eam. Ita ecclesiam fundavit super fidem patris,
quam ad interrogationem Christi confessus est dicens: Tu es Christus filius dei
vivi. Hanc ergo in symbolo hic professus dicens: Credo in deum patrem
omnipotentem, creatorem celi et terre. Et beato Petro convenit, quia sicut pater
est fons et origo divinitatis, sic Petrus est caput et princeps aposto- 2
lorum. Et ut predixit Jeremias [illegible] dicens: Patrem vocabis me,
qui condidit celum et terram, Genesis primo: In principio creavit deus
celum et terram. In quo quidem articulo fundamentali quatuor sunt conside- 2
randa. Primo unitas essencie, cum dicitur in singulari: Credo in deum,
scilicet unum. Hoc [illegible] dicere, quia cupit vitam eternam adipisci, debet
et tenetur in unum deum credere et non in plures, et unitatem essencie,
in qua quamvis divina essencia sint tres persone, non tamen ipse sunt tres
essencie aut tres dii, sed una essencia et unus deus solus deus.
Deuteronomii iiii: Dominus ipse deus, et non alius preter unum. Ibidem: Scito 2
ergo et cogita in corde tuo quia dominus ipse est deus in celo sursum
et in terra deorsum, et non sit alius. Et Deuteronomii xxxii: Videte quod ego sum solus et non
tamen unus est, et infra: Videte quod ego sum solus et non
est alius deus preter me. Et Ysaie xliiii: Ego dominus formans celos et
stabiliens terram, et nullus mecum. Ibidem: Absque me non est deus

Propter quod dicit [illegible] Credo in deum patrem omnipotentem [illegible] qui est pater
[illegible] etiam [illegible]
[illegible] in eum [illegible] et [illegible] omnia [illegible] que
[illegible] agnus [illegible] omne [illegible]
[illegible] in celo et in terra in mari
et in omnibus abyssis [illegible] tua [illegible] sunt posita
et non est qui possit resistere [illegible] Credo [illegible] omnipotentem
[illegible] in terra [illegible]
et [illegible] est [illegible] credere deo credere deum [illegible]
credere in deum [illegible] credere deo est credere vera esse que deus loquitur
quod [illegible] paulo [illegible]
[illegible] est credere quod
ipse sit deus omnipotens [illegible]

[illegible]

Credo [illegible] in eum [illegible]

[illegible]

Credo [illegible]

[illegible]

falli non potest / quia secundum Regum xvi° dicitur / homo videt ea que foris sunt
deus autem intuetur cor / Et tercium dicitur capitulo primo / Tu solus nosti corda
hominum / Et Luce xvi° capitulo / deus novit corda vestra / Ecclesiastici est quod dicit be-
neta [illegible] / Sic vive cum hominibus tamquam deus videat / sic loquere
tamquam deus audiat / Dicit enim [illegible] omnia videt [illegible] que
Et beatus Thomas in prima parte q. xiiii articulo ix° et x° [illegible] dicit / deus
videt omnia in sua essencia / tam presencia quam futura / quam preterita / cognoscit
enim omnia particularia omnium creaturarum / non solum illa iam dicta
/ ymmo cognoscit omnia possibilia sua / et licet sint infinita / Et cetera
[illegible] omnia presencia et futura ac possibilia sunt deo presencia / preterita
et futura / non secundum presenciam realem / sed secundum cognicionem / quia actu
cognoscit preterita presencia et futura ac possibilia et etiam actum sue cog-
nicionis [illegible] nulla successio / cognicio dei est im-
mutabilis / quia complectitur omnem successionem / sine mutacione seu succe-
ssione / [illegible] quod omnia sunt ei presencia [illegible] causa / quia [illegible]
[illegible] habet cognicionem de preteritis / quia [illegible] cognicio [illegible] in
preteritum / et nomine [illegible] cognicio ex rei existencia / ideo non dicitur
quod omnia sunt preterita deo / et ideo non potest memoria in deo / quia me-
moria respicit preteritum / non tantum in re sed [illegible] actus illius
cognicionis [illegible] in preteritum / Presciencia [illegible] ponitur in deo
/ quia omnia prescit antequam fiant / quia presciencia non dicit racionem sive
actum scientie in deo ut futuri / sed scientiam de re / licet non existat
Et nota quod sciencia de re non ponit existenciam rei in tempore quo [illegible] de
presenti nec de futuro / quia denominatur secundum cognicionem [illegible] dominum
[illegible] magnum facere / Sciencia vero qua quis scit rem esse illa ponit
rei existenciam / Nota sapiencia dei diversa nomina habet / Inquantum enim
est cognoscitiva omnium possibilium / dicitur sapiencia sive cognicio / Inquantum
est cognicio omnium que sunt in universo modo / dicitur visio / Inquantum
est cognicio eorum que fiunt / tunc dicitur approbacio / Inquantum cognoscitiva
eorum que futura sunt / dicitur presciencia sive provisio / Inquantum est cogno-
scitiva eorum que a deo [illegible] sunt facienda sunt / dicitur dispo-
sicio / Inquantum est cognoscitiva eorum que a deo premianda sunt / dicitur
predestinacio / Inquantum est cognoscitiva eorum que a deo dampnanda
sunt / dicitur reprobacio / hec omnia et multa alia deo attributa racione
sue cognicionis [illegible] in eo [illegible] aliquid [illegible]
licet quod divina sapiencia racione diversitatis factorum et [illegible]
diversa sortiatur vocabula / non tamen diversificatur secundum racionem intrinse-
cam / [illegible] est quod deus habet cognicionem simplicissimam et perfe-
ctissimam / et quod perfectissima est / cognoscit omnia sed distincti-
ssimam / et quod [illegible] omnibus condicionibus quas [illegible] habent [illegible] perfe-
ctissime sunt omnibus condicionibus quas res habent [illegible]
et [illegible] scit esse futura futura et presencia presencia / et bona scit esse
approbanda / et mala scit reprobanda / et ob hoc eius sapiencia
seu cognicio diversa sortitur vocabula / Sed quia similiter sunt in deo

p[er]fecto sapiencie / cum summa simplicitate / hinc est q[uod] omnia
alia a se cognoscit / in se et p[er] se h[oc] p[ri]mum / Secundo scit / tam
q[uod] racio cognoscit inveritate / Tercio quod scit / sic q[uod] dependencia
cognoscit independenter / Quarto quo dicit quod q[uo]d / q[uod] talia cogno-
scit eternaliter / Quinto quo omnia [illegible] q[uod] sunt cognoscit principaliter
Sexto quo [illegible] q[uod] mutabilia cognoscit immutabiliter
Septimo quo [illegible] contingencia cognoscit infallibiliter
et ista contingencia sic divina sapiencia novit infallibiliter
Et h[oc] est vnum [illegible] in consyderacionibus / que sub [illegible] ne est in
[illegible] que [illegible] [illegible] sollicitudine [illegible] / Et ideo
cum sapia seu sapiencia infallibilis sit / et sit [illegible] et con-
tingencia [illegible] [illegible] / qui [illegible] h[oc] [illegible] ab
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] principium
sit q[uod] deus [illegible] cognoscit omnia [illegible] / [illegible] est
[illegible] / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
infallibiliter [illegible] predestinacionis eterne / [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] dei et hominis / et [illegible] dei est [illegible] et causa
omnium rerum creaturarum visibilium et invisibilium / [illegible] [illegible]
est effecta et [illegible] a rebus

Tercio in [illegible] [illegible] benivolencie / [illegible] q[uod] cum dicit
patrem / cuius est filius benedictum [illegible] / Nam deus pater
[illegible] summe est bonus / [illegible] [illegible] filio et spiritui sancto / et p[er] ea
creaturis / [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] se deus
[illegible] [illegible] filio / [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible]
se [illegible] [illegible] [illegible] spiritui sancto [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] / et [illegible] pater et [illegible] dicit pater / ille
[illegible] [illegible] dicit filius / [illegible] [illegible] [illegible] volun-
tatis / et [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible] [illegible] / [illegible]
pater et filius [illegible] spiritum sanctum [illegible] hiis duabus [illegible]
bus seu [illegible] deus pater [illegible] / [illegible] se totum
et [illegible] id q[uod] est [illegible] / h[oc] [illegible] filio / et [illegible] [illegible] cum filio [illegible]
spiritui sancto / Et ideo pater et filius et spiritus sanctus sunt equ[a]les / [illegible]
[illegible] / equ[a]l[ite]r sapientes / et equ[a]l[ite]r [illegible] / et nullus eorum est alio maior
v[e]l melior aut sapiencior / [illegible] [illegible] [illegible] quam [illegible] pater [illegible] et
filius et spiritus sanctus / et [illegible] / [illegible] [illegible] patris / quo deus
pater se summe et [illegible] [illegible] / et [illegible] [illegible] [illegible] / [illegible]
pater in divinis [illegible] se [illegible] / [illegible] filio et spiritui sancto / et [illegible]
[illegible] deus pater [illegible] / [illegible] [illegible] pater et filius et spiritus sanctus
[illegible] [illegible] creaturis / [illegible] [illegible] suam bonitatem infinitam
[illegible] / [illegible] [illegible] infinite / sed finite / [illegible] a deo creata / de quibus
[illegible] / de tanto [illegible] de dei bonitate / que [illegible] ex sua benigni-
tate seu benivolencia ac [illegible] / omnibus rebus [illegible]
/ quas creavit / et q[uod] pater et filius et spiritus sanctus sunt vnum principium
/ et vnus creator omnium creaturarum / [illegible] [illegible] pater creacione

3m pn̄le

Secundum illud Deuteronomii xxxii: Numquid ipse est pater tuus qui creavit
te et fecit et creavit te. Huius communicationis divine bonitatis tam in
divinis personis quam in creaturis pater est origo et auctor. Spirator spiritus sancti
spiratus in divinis est auctor originis. Ideo dicitur ab eo ad Ephesios iii: Ex
quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur.
Unde est sciendum quod pater dicitur deus quinque, scilicet creatione, adoptione, redemptione,
gubernatione, generatione. De creatione iam dictum est. De adoptione
Ro. viii: In quo clamamus abba pater. De redemptione Ysa.
lxiii: Tu domine pater noster et redemptor noster, a seculo nomen tuum.
De gubernatione deus dicitur pater secundum illud Ephesios iiii: Unus
deus et pater omnium, qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis.
Et Sapientie xiiii: Tu autem pater gubernas providentia. Hiis quatuor
modis accipiendo patrem, pater potest referri ad quamlibet personam
in divinis, scilicet patrem et filium et spiritum sanctum, quando dicitur Credo in deum
patrem, quia quelibet earum operatur creationem, adoptionem,
redemptionem et gubernationem, eo quod opera trinitatis ad extra
sunt indivisa. Nichilominus potest etiam fieri relatio ad patrem prout
proprie accipitur. Cum ipse sit in ordine originis prima persona,
sibi competit prima auctoritas creationis, adoptionis, redemptionis
et gubernationis, et ei etiam attribuitur potentia qua omnia sunt crea-
ta. Preterea cum pater proprie accipitur, sic dicitur pater gene-
rationis, secundum illud psalmi: Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego
hodie genui te. ii Cor. primo: Benedictus deus et pater domini
nostri Ihesu Christi.

Secundo principaliter tangitur divine potentie sublimitas cum dicitur
omnipotentem. Omnipotentie divine nulla alia est equalis, nec aliqua ei
accedit. Una [illegible] eundem dicit omnipotentem et non omnis. Et apposite primo [illegible]
scilicet dicitur omnipotens qui omnia et qui verus est. Unde ille
bene dicitur omnipotens qui potest omnia que posse aliquid est posse. Vel sic
dicitur deus omnipotens est, quia omnia possibilia incomplexa potest
sicut ad intellectum creabile. Dicuntur incomplexa ut producere lumen solis et
creare hominem et consimilia. Sunt quedam possibilia complexa que deus
sine creatione saltem agentis producere non potest, licet hoc quod est lumen solis
et hoc quod est homo posset sine creatione, ut primum hominem producere aut
facere. Unde ad esse omnipotentie tria requiruntur. Primum quod sit liber in ultimo
libertatis, ita quod possit facere libere quecumque vult et a nullo possit cogi.
Ps.: Omnia quecumque voluit dominus fecit in celo et in terra, in mari et
in omnibus abyssis. Secundum est quod sit fortis in ultimo fortitudinis,
ita quod sit tam fortis quod a nullo possit impediri aut prohiberi eius po-
tentia. Hester xiii: Domine in dicione tua cuncta sunt posita et
non est qui possit resistere voluntati tue. Tertium est quod sit ampla in
ultimo amplitudinis potentie, ita quod ad agendum et perficiendum
quecumque non indigeat aliquo alio sine alterius adiutorio.

qa pla

/ et quod sit sibi ita facile facere celum et terram / sicut rem quantamcumque
minimam / seu quamcumque parvam vii Gen xviii° Numquid deo est
quicquam difficile. Et i Reg xiiii Non est deo difficile salvare in
multis vel in paucis / Sic igitur tribus de causis / deus est proprie et
perfecte omnipotens / ita tamen quod ei non attribuuntur actus culpabiles / ut
mentiri / male velle / peccare posse / ligatus vinculis peccatorum
/ quia eius potencia est ordinata / et talis talia mala posse / non
est ipsum posse / sed est deficere / sicut talis est posse ledi / oblivisci /
falli / corrumpi / infirmari / et mori etc. / est a posse deficere / et
igitur talia non sunt attribuenda omni potencie / Nec actus penales sunt
deo attribuendi / ut metuere / dolere / flere etc. / Nec actus corporales
/ seu materiales / ut dormire / ambulare / quia eius Secunda eius poten-
cia est completa / et ideo non potest deficere in bene agendo / sic potencia
bene agendi in homine / quandoque deficit / sicut cum peccat / sic potencia
hominis / qua vivit ambulat etc. / deficit in homine / cum moritur
/ Nec potencia dei potest succumbere / sic potencia patientis / neque potest indigere
/ sicut in actionibus corporalibus / sic fatigacio et indigencia / Nec
tales actus inconvenientes sunt omnipotentie dei attribuendi / ut posse
facere maiorem / vel meliorem se / vel alium deum equalem sibi /
vel posse facere actu / infinitum in magnitudine / et consilio / Tercia
licet dicto deo / omnia possibilia / sunt ei possibilia / minime tamen incon-
venientia / secundum Anshelmum in libro Cur deus homo / est impossibile
apud deum / et licet sit inconveniencia / non possit / intelligimus
est omnipotens / quia eius potencia est completa / summa et ordinata
Contra hanc veritatem se opponunt dicentes / deum esse non omnipotentem
Et hic primo queritur / an deus possit facere de corrupta non corruptam
Sicut Ieronimus dicat / Cum deus omnia possit facere / non potest deus facere
de corrupta incorruptam / Respondeo quod non potest / quia non potest facere non
fuisse quod preterit / Unde Augustinus libro contra Faustum / Sententia qua dicimus
aliquid fuisse / ideo vera est / quia id de quo dicimus preteriit / et quia
non est hec sententia deus falsam facere non potest / quia non est contrarius
veritati / Concedendum tamen est / quod quia membrum in virgine corruptum
posset reintegrare / et posset talis de potencia sua absoluta / dicitur deus
virgini sic integrate / et aureolam virginitatis conferre / Sed non
de potencia sua ordinata / quia non stetit hoc cum potencia sua
ordinata / secundum quam ordinavit / quod corrupte numquam velit conferre
aureolam virginitatis / Secundo queritur an deus possit facere aliquam
creaturam omnipotentem / sicut fecit creaturam se quo domum aliam
omnium scientem / Respondeo quod non potest / quia si posset facere creaturam omnipo-
tentem / cum quelibet creatura sit ab eo essencialiter distincta / sequitur quod plu-
res essent omnipotentes possent esse essencialiter distincti / et per consequens
essent plures dii / tamen Christus inquantum sit deus ipse est omnipotens / et ipse

vel est homo / igitur est creatura / quia omnis homo est ex corpore et
anima constitutus / Respondetur concedendo quod christus sit deus / et quod sit
omnipotens / quia in ipso habitat plenitudo divinitatis corporaliter / Concedo
/ et quod sit homo / sed negandum est / quod ipse sit creatura / quia ut
dictum est in distinctione XI / quod hec propositio simpliciter proposita / christus est
creatura / tunc est neganda / quia falsa est / Si autem dicitur christus secundum quod homo
est creatura / hoc potest concedi / quia christus est homo / per naturam humanam / que
est creata / Ad probacionem cum dicitur christus est homo / igitur christus est creatura
/ neganda est consequentia / Ad probacionem cum dicitur / omnis homo est consti-
tutus ex corpore et anima rationali / hoc est concedendum / et hoc non
convincitur / non enim omne constitutum ex corpore et anima rationali
est homo / ut patet de humanitate christi que est constituta ex corpore
et anima rationali / et tamen non est homo / sed humanitas / scilicet natura humana
Sed adhuc omnis homo est creatus / christus est homo / igitur christus est crea-
tus / et per consequens est creatura / Respondetur negando consequentiam / quia aliquis
homo scilicet christus non est creatus / nec iste homo demonstrando christum incce-
pit esse / sed iste homo produxit omnes creaturas in esse / et creavit ste-
llas et est omnipotens / et multa similia essent concedenda / et hoc ideo
/ quia hic iste homo demonstrat personam divinam scilicet filii / que assumpsit
humanam naturam / sibi uniendo eam in unitatem suppositi / et ista
persona creavit omnes creaturas / puta et stellas / nec incepit esse
Tercio queritur utrum esse omnipotentem conveniat omni persone
in divinis / Respondetur quod sic / per symbolum athanasii / in quo dicitur
/ omnipotens pater / omnipotens filius / omnipotens spiritus sanctus / Non tamen tres
omnipotentes / sed unus omnipotens / Et tamen concedo tres esse omnipo-
tentes / si li omnipotens capiatur participialiter / non nominaliter / Q.
quare omnipotencia attribuitur patri / plusquam filio / aut spiritui sancto
/ cum sint equipotentes / et unus omnipotens / Respondetur quod hoc est ad re-
movendum errorem / Ricardus in anglia in libro de trinitate / unde in
culus / Et ubi res indivisa fuerit / et ex pluribus componitur
non est unus articulus / sed plures ~~quia in simbolo ubi res una est~~
~~et ad unum pertinet~~ / Sicut quod dicitur unigenitum filium qui conce-
ptus est ex maria virgine / ubi enim alia res credenda est / qua prius
unigenitus dei est generatione eterna / et alium qua conceptus
est secundum carnem / Et ideo hec duo sunt articuli / Cum autem articulus
dicitur minimum credibile / non dicitur minimum simpliciter minimum / sed ita minimum
quod ulterius non dividitur in simbolo in solam resolucionem et divisione
sicut in corpore hominis digitum quod est extra iuncturas / et hoc quod in
divisione corporis non dividitur in duo membra / ideo dicitur articulus corporis
/ quod autem dicitur articulus ad credendum / ideo dicitur quia ad salutem exigitur
quod credatur / et nisi credatur homo salvari non poterit / Marci ultimo
/ qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit / qui vero non cre-
diderit condempnabitur / Hec enim dicta fides habet antecedencia que sunt
principia per que probatur / et habet credita que sunt quasi conclusiones ex illis
antecedentibus principiis elicita / et habet consequencia / que sunt quasi
conclusiones ulteriores ex istis conclusionibus hiis / que a philosophis corollaria
vocantur / Antecedentia autem sunt sicut quod deus sit et verax sit in
dictis / et quod revelatum sit ab ipso / Et ideo maior sit scripture au-
ctoritas quam omnis humani ingenii perspicacitas / et ideo scripture sit
credendum in omnibus in quibus extra aliquid preter rationem humanam
dicere videtur / Hec enim antecedentia autem ad deum oportet credere / quia est
et quod inquirentibus se remunerator sit / Sicut enim in philosophia de principio
relinquitur et supponitur quia est / ita etiam de istis non inquiritur sed supponitur
quod sunt ista hoc est quod certissime vera sint / Conclusiones autem per scripturas
et revelationes probata sunt articuli fidei / quos de scriptura elicitos et per
revelationes acceptos non credentes expresse posuerunt / De quibus in expo-
sitione simboli diccemus / Consequencia sunt sicut ea que pertinent ad de-
terminationem articulorum et explanationem / Sicut si articulus est
Christum esse incarnatum / consequens est ut de aliqua matre ma-
natus sit / et aliquo ex aliquo operante / et sic credit quod de maria
virgine tempore augusti cesaris et operante spiritu sancto / et sic si credo
vitam eternam Consequens est quod vita eterna perpetua a dignis
vita / Et quod qui mortuus est in peccato non est dignus vita / et quod
quedam peccata sunt mortem illam inferencia / Et sic quis est quod for-
nicatio et adulterium et furtum / et alia que deus morte condempnat
et vitam eternam impediunt sunt mortalia peccata / Et sic finale est
videre in omnibus / Hec igitur fides que credit sicut quod credit in antecedentibus

principiis et conclusionibus et in consequentibus ex illis. Et qui sic
credit iste fidelis dicitur et katholicus. Qui autem ista vel aliquod
eorum non credit dicitur infidelis et hereticus. Infidelis quidem quia fidem
non habet. Hereticus autem grece latine secte sue assertor et defensor est
Quia suas sequitur fantasias errorum et illas prefert auctoritati
divine. Hec fides dicitur catholica et apostolica. Catholica ut dicit Boecius
in libro de duabus naturis in una persona et duabus de causis quia
per universa eius non preclaruit in toto mundo est timenda quod non fuit
lex veteris quia ad illam non tenebantur nisi illi qui fuerunt in domi-
bus patriarcharum. Et qui a domo patriarche illi qui primus
erat separabant etiam ad legis observanciam non tenebantur
Sic dicit Glossa apostoli super epistolam ad Romanos. Apostolica autem dicitur quia per eo-
collacionem apostolorum per articulos est edita quorum apostolorum aliquis
in ea consentit. Est tercia fides qua induimur per fidem devocionis
et bonorum meritorum effectum. Et ista est que operatur per dilectionem
Galatas v fides que per dileccionem operatur. Quasi sic ex fide veritati cre-
dendorum assencio et per devocionem in ea corde ore et opere tendo
ut veniam ad ea que credo. Ex hiis que dicta sunt patet quod qui cre-
dit et male operatur secundum fidem primo modo dictam. Et qui credit
et operatur secundum fidem tercio modo dictam. Et hinc est quod fides in multis
fidelium sit et in quibusdam solo nomine. Talibus autem nullo in Tito dicitur i
Confitentur se nosse deum factis autem abnegant. Ex dictis etiam
patet quod fides que creditur valde ampla est et quo in se antecedentia
et consequencias fidei et que comprehendit. Patet etiam quod aliud est articulus
qui est credibile quoddam sic generale et aliud determinacio articuli que
est de quibus. Nunc itaque plurabis accipiamus simbolum apostolorum
et divisionem eius et explanacionem ostendamus. Dividitur igitur

Divisio simboli apostolorum et exposicio

dicimus quod Petrus apostolorum princeps in concilio apostolorum primum
articulum posuit dicens Credo in deum pa. om. crea. celi et
terre et ibi tacuit. Et ille est articulus primus. Et quod dicit Cre-
do idem est ac si dicat corde assencio et devocione tendo in deum
qui paternitate sua principium totius divinitatis est a quo est filius
per generacionem et spiritus sanctus per processionem. Et quod addit omnipo-
tentem intelligitur quod sibi posse sit pro voluntate liberum non lese
alicuius inferioris vel ignobilis nature retractum sicut nos possu-
mus. Sic nos in nostra possumus ponderare re iure retracti.
Secundo quod posse suum nulla infirmitate sit depressum. Et tercium
quod nulla re in contrarium operante sit unquam impeditum sed ad
voluntatem omnino liberum nec retractum nec depressum nec im-
peditum. Sapiencie xii Subest enim tibi cum volueris posse. Psalmus Omnia quecumque
voluit fecit. Hester xiii Domine deus rex omnipotens in dicione tua cuncta
sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tue. Romanos ix voluntati
eius quis resistit. Sic ergo dicitur omnipotens deus. Et quarto autem dicitur Creatorem

celi et terre ad eundem pertinet articulum / sicut effectus pertinet ad
suam causam. Tercia sic artifex qui facit domum vel archam / necesse
est quod prius gignat suo intellectu verbum et artem / que forma et ratio
faciendi operis / ita necesse fuit ex quo deus per sapientiam suam fecit
mundum / quod prius de suo intellectu spirituali gigneret verbum / quod est forma
idealis / et ars / et ratio faciendi operis / quia aliter nesciret quid operaretur
/ et sic quod deus est pater verbi / hec est causa formalis et ydealis fa-
ciendi mundum / et sic in artifice qui operatur per intellectum / necesse est quod ab
ipso fluat spiritus qui verbum quod est idea et ars et forma operis vehat
in illud quod facit vel facere intendit / ita necesse fuit quod a summo patre pro-
cederet spiritus sanctus sive qui verbum vehat in facienda sive fiat in opere
creationis / sive in opere sanctificationis sive in opere glorificationis. Et
sic patet quod processio spiritus sancti a patre causa est processionis creationis
et glorificationis a rebus productis / et hoc est dictum Anselmi in monolo-
gio / et sic probat sicut hoc probatum est huius signum est quod in primor-
dio mundi statim ut creature formande sunt a causa sua primitus / dixit deus
fiat hoc vel illud / et dixit / scilicet hoc est verbum genuit / in quo erat ut fieret
De spiritu autem dicitur sic et verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris
eius omnis virtus eorum / sic ergo patet quod ad idem pertinet patrem filium et crea-
torem esse celi et terre. Unde dicit Apostolus Collo. j. De filio qui est ima-
go dei invisibilis primogenitus omnis creature / quia in ipso condita sunt
universa. cap. 81 Consistorium ubi dicitur pater celi et terre / ostendo igitur
quod hec ad idem pertinent et non habent differentiam et divisionem in diversa / dicendum
quod hic est articulus primus quem sanctus posuit petrus
q° Et quia prout ex supradictis liquet / et infra dicetur clarius. Et licet tamen
in simbolo apostolorum / quam Niceno / sit mentio de uno deo / et principio
omnium rerum / in simbolo namque apostolorum dicitur Credo in deum patrem
et cetera. Et similiter in Niceno dicitur Credo in unum deum patrem omnipotentem fa-
ctorem celi et terre. Ideo propter pro ampliori et clariori intellectu istorum mo-
veo istam questionem
Utrum sit tantum unum primum principium / omnium rerum citra se visi-
R° bilium et invisibilium effectivum. Et questio tantum petit utrum
sit tantum unus deus / qui omnia tam visibilia quam invisibilia ex ni-
chilo creavit. Et arguitur primo / quod non sit tantum unum principium / quia duo
sunt principia contrariationum bonorum / et alterum malorum
/ ergo consequentia probatur supposito secundo / antecedens / quia omnis effectus assimilatur sue cause
/ domus enim artificialis assimilatur a domo que est in mente artificis / ut 10
methaphisice. Sed mala et repugnantia ad invicem non assimilantur uni
principio secundo / quia illud in ipso est non patet / ergo illa scilicet mala sunt
ab alio principio quam bona / ergo ad minus sunt duo principia / unum
bonorum et alterum malorum. Secundo ad idem sic / unum et idem non

posuit esse principium contrariorum / quia contrariorum contrarie sunt cause
secundum Aristotelem sicut in simili contrariorum / ergo ipsorum contrariorum sunt diversa principia
et non unum / quod non est a quo prosequitur omnia ut dicitur extremo per duobus donis
etcetera / et hoc est primo. Tertio arguo sic bonum et malum opponuntur
et si unum oppositorum sumitur in eorum ratione / tunc et reliquum / et si unum dicitur
multipliciter tunc et reliquum / ergo sicut est bonum per essentiam / quod est principium
boni per participationem / ita erit malum per essentiam / quod est
principium omnis mali participationem / etcetera sequitur idem quod prius. Deinde
arguitur contra secundum quesitum scilicet quod tale principium non sit omnium re-
rum citra se effectivum quoniam idem ingenitum non est aptum facere nisi
idem. 2o de generatione / sed tale principium idem eternum non potest esse causa effectiva
diversorum. Secundo ad idem sic / aliqua res sunt coeterne deo / quod probatur
primo de intelligentiis de celo et de toto mundo ut videtur velle Aristoteles
primo celi et mundi philosophi et xii methaphysice. Et arguitur specialiter de intelligen-
tiis quia illud quod semper est necessario causato secundum causam efficientem / sed queque in-
telligentia semper secundum necessitatem extendi / cum non in se materiam quia sola
res potest esse et non esse ut primo methaphysice / ergo deus non est causa
productiva omnium citra se. Tertio ad idem sic. Si tale principium quod est deus
est causa omnium rerum citra se / vel ergo producit libere et contingenter
aut eternaliter et necessario / si primo tunc omnis effectus esset contingens
et nullus esset necessarius quod falsitatem probatur quia non potest esse maior necessitas in
causa / ut causa est quam in effectu ut effectus est / eo quod effectus necessario
sequitur suam causam ut habetur ex diffinitione cause / in qua dicitur / causa est ad quam
esse necessario sequitur aliud. ... effectus / Si secundo tunc ab eterno omnia
fuissent producta quod est falsum / oppositum est fides catholica quod firmiter
asserit unum deum esse qui est creatorem omnium visibilium et invisibilium
etcetera. Et patet per illud ad Romanos xi ex ipso et per ipsum et in ipso sunt
omnia. Et Iohannis i omnia per ipsum facta sunt. Et quia hec quo primum
presuppositum / et aliud querit / presuppositum namque unum principium esse / seu
unum deum fore / et querit an tale primum principium omnes res citra
se produxerit / ideo primo hoc distinguam in tres articulos. In
primo ponam notabilia etcetera. In secundo conclusiones cum correlariis toto 2 / et species ... per
labore subiungam. In tertio contra conclusiones instabo et rationes
in oppositum solvam. Quantum igitur ad primum notandum secundum Boetium
in primo libro de trinitate / quod principium est in quo nulla initia / non in eo
aliquid precedit quod necesse sit ibi causam fieri / a quo universa coeperunt / secundum pro quibus alia
et ipsum a nullo coepit / et ante quod nihil. Et quia principium primo ad ali- 2
quid pater est principium totius divinitatis / quia ipse a nullo est / ideo
quod sunt ille divine essentie principium sit sed quia principium est ad filium et
spiritum sanctum / filius dicitur principium ad spiritum sanctum / spiritus sanctus
nullorum dicitur principium nisi ad creaturas / ad quas etiam pater et filius
et trinitas ipsa solo et singule personarum principium creaturarum dicuntur.

Hugo in ... de ... ad Eugenium octuplex est unitas scilicet collectiva ut multi lapides faciunt acer- 2
vum unum alia est unitas constitutiva / ut multa membra constituunt unum corpus / vel partes multe unum totum. Alia est 2
unitas coniugativa qua fit ut duo cum non duo sint sed una caro alia est unitas nativa qua caro et anima nascitur
... alia est ... ad ... multorum hominum est cor unum et anima una ... uno est unitas votiva ...
... omnibus adheret deo unus spiritus est cum eo / Cor. vi. Et est unitas dignativa / qua limus noster a deo assumptio in unam
... est personam. Et est unitas substantialis que est unitas trinitatis qua tres persone sunt una substantia. Et secundum quod ... confert
... secundum quod uniuntur in corpore. 2o secundum quod uniuntur in ... 3o ... secundum quod uniuntur in corpore 2
... unitas collectiva que est unitas secundum quid. Et est unitas constitutiva que est unitas simpliciter ... quod uniuntur
... homo potest ... modis in iure / in ... in voluntate ... in iure vocatur unitas coniugativa. Coniuges enim
... iure sunt una caro / quia iure coniugali corpus unius cedit in iure alterius ... in unitate nativa

potest duobus modis. Secundum quantum ad esse que vocatur nativa qua corpus et anima necessario unus homo. Secundo quantum ad bene esse qua non solus in bono sit ... unitas potest dici per relationem ad proximum que vocatur consentanea cum per caritatem ... anima una est et cor unum, et per relationem ad deum que vocatur virtuosa qua anima deo adherens unus spiritus est cum eo. Sed unitatem in deo iubet considerare duplex scilicet persona et substantia. In personis considerat tres personas in una ... corpus, animam et divinitatem. In substantia considerat tres personas in una substantia que sunt pater, filius,

Pater igitur est principium effectivum sine principio, filius principium de principio, et principium exemplare per modum artis quia ipse est sapientia patris, spiritus sanctus principium de utroque. Et hi tres non sunt tria principia, sed unum principium omnium creaturarum, et uno eodemque modo principium rerum sunt. Non enim alie res sunt ab uno et ab alio, et pater et filius et spiritus sanctus. Sic ad creaturam unum principium est, sic unus creator est, nec alie sunt create a patre, aliter a filio, aliter a spiritu sancto, sed penitus eodem creature ceperunt esse a patre et filio et spiritu sancto. Quia sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur. Unde Augustinus dicit in ca ... unum autem principium sunt pater et filius, non tamen creaturarum sed eius spiritus sancti. De hoc principio dicitur Apocalypsis iii°: Hec dicit amen testis fidelis et verus qui est principium. Johannis viii°: Ego principium qui et loquor vobis. Ex his patet quod hoc nomen principium in divinis accipitur tripliciter. Primo pater dicitur principium filii per eternam generationem. Secundo modo pater cum filio est principium spiritus sancti per spirationem. Tertio modo dicitur quod communiter pater cum filio et spiritu sancto principium universe creature per creationem, et de isto principio queritur questio. Ex quo concluditur quod impossibile est duo principia absolute esse. Si enim aliquid est principium absolute est principium. Si autem est principium, non est primum, ut notum. Item aut esset principium boni et mali aut convenirent in aliquo aut in nullo. Si in nullo, ergo non in esse nec in potentia. Ergo si principium boni est principium, mali non est, et si principium boni est, utique principium mali est nullius potestatis. Ergo neutrum erit principium. Si vero conveniunt in aliquo, ut in eo quod est esse, vivere, intelligere et posse, non est ergo pure malum quod in tot bonis convenit cum summo bono. Item si principium mali in aliquo differt a principio boni et in aliquo convenit, ergo principium ipsius habet aliquid, ergo est compositum, et ideo non est primum principium, sed illud est prius eo a quo est compositum. Secundo principaliter notandum secundum Boethium in septimo scilicet et in libro de potentia quod contra hoc fuit triplex error. Quidam enim philosophi antiqui non posuerunt nisi causam materialem. Unde quidam ex eis posuerunt plura principia materialia, que dixerunt simpliciter prima. Tertio alii vero hanc causam materialem posuerunt et causam agentem, et dixerunt duo principia prima agentia, scilicet Empedocles amiciciam et litem, et huic consonat opinio Pitagore qui divisit omnia entia in duos ordines et unum ordinem reducit in bonum sicut in principium, et alterum in malum. Et exinde pullulavit heresis Manicheorum qui posuit duos deos, unum creatorem bonorum invisibilium incorruptibilium novi testamenti, alterum creatorem malorum visibilium

spiritus sanctus. Secundum tertium modum ... quem dicit ... Unitas ... secundum quem ... sunt res in natura sine ... ita generat philosophus differentias. Unitas ... accipit in rerum natura aut per se aut per accidens. Si per accidens et hoc fit tribus modis. Aut duo accidentia uniuntur ut esse grammaticum et musicum ... Socrates et Platonem ... duobus ut albedo Sortis et Platonis ... ut crispus Petro. Item si per se est unum per se aut est unum numero et hoc potest quatuor modis scilicet continuitate, perfectione et per ... Continuitate ut una aqua. Perfectione ut una manus et ... membrum divisibilium partium. Item in essentia que est principium ubi dei unitas in deo secundum ... secundum simplificationem nature dicitur unitas in angelis et anima. Item unum aliter secundum ... unum genere, unum specie, unum ... unum subiecto, unum numero, unum genere ut plures species sub eodem genere contente, unum specie ut plures homines participatione speciei, unum lingua ... natione ut homines multi una gens, unum ... ut naves ad ... ex civitas ad regem ... consilio sunt ... unum ... unum subiecto dicitur cuius ... secundum naturam suam considerate ... unum subiectum et diverse ... nature ... ut ... aque ... subiective ... natura ... ut possint uniri et fieri unum subiective ... in ... est duplex aut divisibile aut indivisibile. Si divisibile est aut omogeneum hoc est unius nature in toto et in parte et sic est unum numero. Continuatione ut una aqua, unus aer. Aut etrogeneum hoc est diversarum naturarum et sic est unum nature perfectione sicut una manus vel aliud membrum divisibilium partium. Item si indivisibile aut est abstractum ab omni alia natura et sic dicitur unitas in deo et in angelis et in anima, aut habet aliam naturam additam unitati et dicitur punctus unitas et unitati puncti addita natura situs et positionis. Item unum dicitur compositione partium ut ex multis tabulis archa una, aut aggregatione ut unus populus, grex unus, acervus unus. Item unum ... sacrati ut spiritus, aqua et sanguis dicuntur unum ... Iohannis v ... et unum ut dicit philosophus est ens indivisum in se et divisum ab aliis. Et unitas est indivisio entis.

corporalium et veteris testamenti. Primum vocat benignum, ali-
um malignum. Benignum dicit esse principem lucis, cuius habita-
cio sit regio lucis, scilicet ista visibilia. Malignum dicit esse prin-
cipem tenebrarum, cuius habitacio et aduersio sit regio tenebrarum,
et ab isto ponit corruptibilia et mutabilia fieri. Sed reuera
iste error et heresis est odibilis creatori, immo et creature, quia pri-
mo aufert a deo dominium creaturarum visibilium. Nam deus
dicit per Ysaiam capitulo 42o: Gloriam meam alteri non dabo,
et idem dicit: preter me non est alius deus, et ei curuabitur
omne genu celestium terrestrium et infernorum, ad Philippen-
ses 2o. Racio secunda quia hec heresis creaturas subtrahit tam nobili et
potenti domino scilicet deo, et subdit eas tam vili domino et seruituti
scilicet dyabolo. Tercius error fuit eorum qui posuerunt agens
et materiam, sed agens non esse principium materie, quamuis sit
unum tantum agens. Et hec fuit opinio Anaxagore et Platonis,
nisi quod Plato superaddidit tercium principium scilicet formas separatas
a rebus, quas exemplaria dicebat, et illam esse causam
alterius, scilicet per hec tria causarum modum et per res ex quibus mundus
constat. Hic autem error omnino est impossibilis, prout hic dedu-
cit [illegible] beatus Thomas in libro de potencia, et primo dicit
quod oportet omnia reducere in unum primum principium, quod est bo-
num. Et prima racio est hec, quia in quibuscumque diuersis inuenimus ali-
quod unum commune, oportet ea reducere in unam causam quantum
ad illud commune, quia vel unum est causa alterius vel amborum est
aliqua causa una communis. Non enim potest esse quod illud unum com-
muniter conueniat secundum id quod ipse utrumque eorum est, ut in premissis
quod est habitum. Omnia autem contraria et diuersa, que sunt in mundo,
inuenimus communicare in aliquo uno, vel in natura speciei vel in natura
generis, vel saltem in racione essendi. Unde oportet quod omnium istorum
sit unum principium, quod est omnibus causa essendi. Esse autem in quan-
tum huiusmodi bonum est, quod patet ex hoc quod unumquodque esse appetit,
in quo racio boni consistit, scilicet quod sit appetibile, et sic patet quod super
quaslibet diuersas tam causas oportet ponere aliquam causam
unam, sicut eciam apud naturales super ista contraria agencia in natura ponunt
unum agens primum scilicet celum, quod est causa diuersorum mo-
tuum in istis inferioribus. Sed quia et in ipso celo inuenimus situs
diuersitatem, in quam sicut in causam reducitur inferiorum corpo-
rum contrarietas, ulterius oportet reducere in primum motorem
qui nec per se nec per accidens moueatur. Secunda racio est quia omne
agens agit secundum quod actu est, et per consequens secundum quod est aliquo modo
perfectum. Secundum autem quod malum est, non est aliquid in actu,
cum unumquodque dicatur malum ex hoc quod potencia est priuata

ipso et debito actu. Secundum vero quod actu est unumquodque bonum
est quia secundum hoc habet perfectionem et completionem in qua ratio boni con-
sistit. Inquantum igitur agit unumquodque malum est sed unumquodque agens
agit inquantum bonum est ergo impossibile est igitur ponere aliud activum
contrarium principium nisi bonum. Et cum agens agat sibi simile
nichil quoque sic nisi secundum quod actu est ut probat philosophus. Si bonum quod est ex
utroque igitur patet quod impossibile est quod ponitur malum esse principi-
um malorum creationis. Et huic rationi concordat beatus
Dionysius qui dicit quod malum non agit nisi virtute boni et quod ma-
lum est preter intentionem et quod etc. Tercia vero est quia si
diversa eorum essent omnino a contrariis principiis in unum sum-
mum principium non reducta non possent in unum ordinem
convenire. Nisi per accidens ex multis non fit ordinatio nisi per
aliquam causam ordinantem nisi forte multa casualiter in
idem concurrunt. Videmus autem corruptibilia et incorruptibilia
spiritualia et corporalia perfecta et imperfecta in unum ordinem con-
venire. Nam spiritualia movent corporalia quod ad minus in homine
apparet. Corruptibilia etiam per corpora disponuntur sicut patet in altera-
tionibus elementorum a corporibus celestibus. Nec potest dici quod ex
casuali conveniant. Nam non contingeret ita semper vel in maiori
parte sed solum in paucioribus. Oportet igitur omnia ista diversa
in quoddam unum principium reduci a quo in unum ordinentur. Unde
philosophus in xii metaphysice concludit quod unus est principatus et unus
deus. Tercio notandum primum principium secundum beatum Thomam dicitur du-
plex: primum simpliciter et primum in genere vel in aliquo ordine. De primo
simpliciter dicta questio est intelligenda. Secunda loquendo de primo principio
in genere sic multa sunt prima principia quia sic secundum plura genera
causarum sunt plura prima principia ut materiale principium quod est
materia prima. Primum formale quod est esse primum efficiens quod est motor
primi mobilis et ultimus finis in genere cause finalis. Et sic ulte-
rius descendendo ad diversa rerum genera inveniuntur diversa prima
principia in diversis etiam secundum idem genus cause sicut in hiis
qualitatibus in liquabilibus prima causa est aqua et in aridis
terra et in animalibus semen vel menstruum vel aliud proportio-
nabile. Ultimo quo ad quesitum fit ista suppositio. Quicquid
deus agit ad extra sic omnino libere agit sive producendo sive
conservando patet illa suppositio quia cum deus sit agens liberrimum
ad nichil necessitatem igitur omnia agit libere 2o patet vera
+6

2us ar[ticu]lus

Quantum ad secundum articulum sit hec prima conclusio. Tantum unum est prin-
cipium primum simpliciter. Ista conclusio est fidei et quantum patet per doctores
Catholicos. Et est de intentione Aristotelis in pluribus locis

et signanter in methaphisice ubi philosophus concludit unitatem principii di-
cens: unus ergo princeps. Item hec questio patet ex primo notabili. Et ex
parte rerum conditarum. In creaturis enim est reperire mul-
titudinem, imperfectionem et corruptionem. Secundum autem Dionysium
omnis multitudo ab unitate trahit originem, oportet igitur omnis multitu-
dinis unum esse ad initium. Item secundum Boetium de consolatione omne
imperfectum ab aliquo perfecto simpliciter sumit principium, sed omne causatum
aliquo modo est imperfectum, cum sit potentie admixtum. Perfectum vero
simpliciter sive unum non potest esse nisi unum, quia si plura essent [illegible] ad
deesset uni quod inesset alteri, et neutrum esset perfectum simpliciter.
Item diversorum contrariorum [illegible] tam corruptionem et conservationem sed ad
unum omnia [illegible] causata [illegible] propter primum unum habent connexionem
[illegible] tamen est unum primum principium [illegible]. Alia ratione potest sic probari secundum Boe-
tium: omnem multitudinem precedit unitas et perfectum ex principiis na-
scitur. Si ergo ponantur plura principia, oportet eis esse unum prius, unum
principium. Sed primo non est aliquid prius, ergo impossibile est esse plura
principia simpliciter, et per consequens questio vera. Et probatur sic secundum Marsilium
in scripto primi: si essent plura principia seu plures dii, vel solum differrent
numero vel specie vel genere vel analogia. Sed nullo illorum modorum possunt
dici plures dii. Consequentia nota. Minor probatur, quia nulla est alia differentia. Et probatur primo quod non
solo numero, quia in rebus que non habent materiam non sunt plura individua
sub una specie, modo deus est purus actus nullo modo habens materiam. Antecedens patet per
philosophum xii methaphisice et est manifesta ratio, quia omnia que solo numero differunt ha-
bent omnimodam similitudinem, que non nisi ratione alicuius similitudinis
[illegible] habentes rationem materie, et si non sit materia specie dicta. Hoc est
[illegible] methaphisice et est manifesta quia utique deus est omnimode
simplex. Confirmatur quia si duo dii essent possibile numero differentes eadem
ratione infiniti possent, patet quia nulla hic diceret ratio quare, quia ubi sunt plura
individua sub una specie possibile numero differentia hec ista ex parte sui
ad nullam [illegible] terminantur, quia ex quo duo sunt ex parte sui non
est ratio quare plura esse nequeunt, nec est ratio ex parte cause superio-
ris, quia dii sunt et possunt esse infiniti et de facto sunt infiniti, quia in eter-
nis non differt esse a posse. Tertio quia unus eorum in nichil superflu-
us esset, patet quia ex quo solo numero differunt, quicquid fieret ab ambobus
equaliter fieret ab uno. Secundo probatur quod nec specie, quia nec genere conveniunt
[illegible] et specie differunt, modo [illegible] in pluribus aliquam compositionem generis et
differentie secundum multos includere videntur, que deo repugnant. Item duo
sic specie non essent eque perfecta, quia ergo utrique esset [illegible] deus, cum deo
nequaquam conveniret non esse perfectissimum. Tertio probatur quod non genere, quia [illegible]
duo genere [illegible] causam debitam [illegible] quod unum sit specie vel [illegible] ambo
essent de genere [illegible] et sic non differrent [illegible] unus eorum de genere
accidentis, et quo ille esset deus qui substantia non esset, et [illegible] secundo

indigeret / immo non per se subsisteret / Quarto patet 2a pars scilicet quod nec
analogia dicuntur / quia que dicuntur analogia in nullo penitus con-
veniunt / sed nulla possunt esse talia / ergo nequit esse sic plures dii / antecedens patet beati
Dionysii scilicet 5o de divinis nominibus dicentis quod dissimilia non sunt ordo aliqualiter participat
vero / et concludit quod nulla talia dicuntur / que ad minus conveniunt analogia
Et ideo posuit Proclus in propositione 5a et philosophus 10 methaphysice aliud quod
non sunt esse unum / non sunt esse tale / et bonum quod omnia que sunt / ad minus
participationem ipsius esse / ergo unum prius vel aliud primo conveniant
speciei / genere / vel modo / vel saltem prius et aliud posterius / et sic conve-
niunt analogia / et ex alio quod sic nullo modo possunt esse plures dii
i. e. / 3a pars quod non sunt / quia vel essent totaliter partiales / et eque potentes / et
sic unus superflueret / 2o nullus sanus mentis in rebus ponit /
et maxime deum esse superfluum / ergo quod ipse est primarius necessario et preter
ipsum nullo modo posset esse vel unus esset / unius potentie partialis
et alius partialis / et sic tamen omne partiale in potentiis
reducatur ad unum in quo est origo totius eius potentie / illud eorum
erit deus / Item non apparet quis hic erit deus quod alio egeret / sed
constat quod illud quod est partialis potentie alio egeret / ergo hic non
erit deus / vel fortassis unum erit totalis potentie / et aliud partialis
et quod aliud egeret primo / ergo non erit deus / nisi forte dicatur quod
multa sunt entia divina que vocantur dii per participationem / videtur
quod dii participative dicti non sunt dii sed participantes bonitatem
primi dei et veri / Et ideo solum erit unus verus deus ergo conclusio
vera / Ex qua conclusione sequitur primo quod opinio platonis et aliorum philosopho-
rum ponentium plura prima principia simpliciter est simpliciter falsa / Secundo
sequitur / ponentes duo principia prima simpliciter scilicet unum bonorum et aliud
malorum est erroneum et hereticum / Tertio sequitur quod tantum est unus deus
~~seu unum primum~~ per / patet quod tantum unum est primum principium simpliciter vel
ex conclusione / ergo tantum unus est deus / 2a a convertibili ad convertibile
hoc idem tenemus supposita fide et ideo demonstrat / Quarto sequitur
2o (?) proposita quo ad presuppositum est vera / Conclusio secunda non est aliqua
res citra deum / que sit de novo producta in esse / patet quia si esset
aliqua talis que non esset de novo in esse producta / sequitur quod aliqua
res citra deum esset coeterna deo / consequens patet ex fide quia omnia
sunt ex tempore (?) sunt creata a deo / Ex qua conclusione sequitur primo
quod quelibet res citra deum quodlibet habet principium sui / Secundo sequitur quod
nec intelligentia / nec mundus nec materia prima fuit ab eterno / patet
conclusio ex conclusione et eius probatione / Tertio sequitur quod opinio aristotelis
dicentis mundum vel celum fuisse ab eterno est falsa / patet quod est contra

fidem / quia Genesis 1 dicitur In principio deus creavit celum et terram
Conclusio tercia Nulla creatura est omnium visibilium et invisibilium citra
deum primum effectivum / probatur quia tunc illud esset vel fuisset quelibet causa
efficiens simpliciter prima quod est impossibile quia nihil efficit seipsum Conclusio quarta
que sequitur ex precedenti Solus deus est primum principium effectivum omnium
citra se existencium visibilium et invisibilium / probatur quia ideo quia nulla creatura
est principium omnium ut dicit tercia conclusio / et tamen aliquid est tale principium
ut ex prima conclusione / ergo solus deus est tale principium Et confirmatur
Solus deus est a se / ergo omnia que sunt citra deum habent esse a deo
quia non / et arguitur sic omnis alia passio est que pluribus / ut inest uni
per alterum / ut ambobus per aliquod tercium / ergo si esse a se conve-
niret alicui alteri preter deo / aut conveniret deo per illud alterum / ut
deo / et illi per tercium / aut illi alteri per deum / Sed quodlibet istorum
modorum dato sequitur contradictio / puta illud quod ponitur esse a se
non esset a se / quia quod convenit alicui per alterum non convenit sibi a se
Ex qua conclusione sequitur hec / quelibet creatura necessario presupponit causam
productivam ipsam conservativam in esse probatur quia nulla creatura habet esse
esse / et tamen necessario presupponit causam efficientem a qua habet esse et con-
servari in esse Secundo sequitur quod quelibet creatura vel defectiva tendit ad non esse
quamvis necessario dependet ab altero / id est circumscripta tali dependencia et
regimine vel defectivum non potest remanere / quia si remaneret circum-
scripta tali dependencia / non necessario dependeret ab alio / sed quodlibet creatum
dependet ab altero / igitur deo ut non solum per theologos verum eciam per philo-
sophos / quia dicitur primo celi et mundi hoc ente entitas derivatur et esse hi-
lis et xii° metaphysice commento ab hoc ente dependet celum et tota natura
Conclusio quinta A primordio conditionis rerum reperitur esse productione
probatur quia semper reperitur esse ex nihilo / nihil enim precessit primam pro-
ductionem prime rei Ex qua conclusione sequitur hec Creatio est possibilis
probatur ex conclusione et potest sic probari / quia non est magis impossibile creare
quam annichilare etc physice loquendo / sed annichilatio est possibilis ergo etc
creatio est possibilis / antecedens quoad primam partem notum est pro secunda parte probatur quia
deus libere conservat et agit omnia que agit ad extra / licet ex suppositione
ergo potest non conservare / et sic posito tunc creature recideret in nichillum
... omne quod fit necesse est fieri ex subiecto supposito Sex-
ta conclusio Deus per voluntatem efficientem est causa omnium citra se
probatur quia omnia citra se produxit a suo conditionis primordio / nullius
egens meritis / nec sua indigentia ergo simpliciter sua voluntate efficienti
et bonitate immensa / ergo conclusio vera Conclusio septima / sicut divina bo-
nitas est ab initio principium effectivum / sic et efficiens omnium visibilium
et invisibilium citra se Sic eciam bonitas a primordio est omnium citra se
causa finalis probatur quia Bonaventura dicit ad hoc creat ut finaliter deo
frueretur / et Bonaventura ut bonam ad serviendum deo famularetur

ergo questio vera / antecedens est manifestum in primo sententiarum libro / et quia tamen cum propter
illa non sit aliqua creata / Et quia questione fuerunt hec / Deus est p°
causa finalis omnium creaturarum / patet et quia questione / et patet quia non de anima
ubi dicit philosophus quod gradus ipsius omnia agunt inter se assimilari primo enim
generatur prius / et quia non secundum deus est causa efficiens omnium creaturarum
ergo non causa finalis / quia in creaturis nichil est frustra simpliciter
et tamen de secundo articulo

3ᵘˢ articulus

Venitur ad tertium articulum breviter instabo specialiter contra pri-
mam questionem / et tamen antequam oppositum faciam solliam / Contra pa-
gationem / in qua dicitur quod tamen est unus deus / et arguitur quod sint plures
dii quia plura sunt prima principia / ergo sunt plures dii / tenet quia omne primum
principium est deus / et antecedens probatur quia est unum primum principium bonorum
a quo sunt omnia bona / et aliud est principium malorum a quo
sunt mala generaliter / antecedens prima parte supponitur notum / sed pro secunda parte
probatur sic quia aliquid malum est / et non est a seipso / ergo est ab alio
illud igitur est a bono / et hoc non / quia unum contrarium non videtur esse
causa alterius / Item si esset a bono / contra illud bonum / fieret ipsum
necessario / et hoc nichil dicitur / quia non est arbor bona fructus
malos facere Mathei vii° / Item voluntas facit malum et hoc non
videtur / quia voluntatis obiectum est bonum / tertio et sexto
Ethicorum 2 / quod non movetur voluntatem ut faciat malum / Si autem dicatur
secundum quod malum est a malo / et cum non sit processus in infinitum
in malis / devenietur tandem ad unum primum malum / a quo sunt cetera
mala et habetur propositum / quod est primum malum / Ratione ad hoc arguitur
negando quod sint plura prima / et ad maiorem nego quod sit unum principium
malorum secundum communem / ergo omnia mala dependent tamen
possessionem mala sint posuit Manicheus / Et ad probationem quando
dicitur dare aliquid malum / et dicitur quod illud est a bono / a quo libere de-
fecit secundum conversando se sub se / cum dicebat ascendam in celum
Ysaie xiiii / Et eodem sepe fit de bono malum deficiente a primo bono
voluntate / Et cum dicitur quod unum contrariorum non est causa alterius
concedo per se sed bene per accidens / ut caliditas est causa frigiditatis
in naturalibus / Et eodem deus faciens singula bona est causa malo-
rum sic quod sine eo conservante eorum esse non essent mala / quia pec-
cati ipse non est causa mali / quod enim homo vel angelus malus est
hoc non est inquantum talis ipse et positive a deo sed a libertate arbitrii
se a deo convertente et a bono primo deficiendo / Ad secundam probationem
quod bonum ipse non facit malum nec est ipse causa mali culpe
nisi sit quod est causa sine qua non / est enim bonum voluntate homi-
ni a quo concessit libertatem arbitrii / contra ipsum abutendo
et deficiendo ab ipso bono actore / corruptam facit malam et pro-
ducit in se malum culpe / 2° dicitur quod voluntas libere in se libe

produxit malum culpe avertendo se a creatore quia apparuit
sibi sua gratia naturalis sibi et quo ad se conversus superbivit et ad malum
declinavit de quo plus spectat ad 2m Si dicatur est dare malum
per participationem quod est dare malum per essentiam quia videtur quod de
per participationem dictum reducatur ad aliquod quod per essentiam
est Item in malis est dare causam moventem ad malum sive
quod non movetur quia de secundum dicitur per respectum ad primum non primum
in malis videtur esse primum principium malorum 3o quia summe bo- 2
num est quod summe malum est quia si primum contrariorum est in natura
7 et reliquum non summe malum est primum eorum Item ubi est
dare maius et minus ibi est dare esse simpliciter quale tale sed est
dare magis malum et minus malum ergo est dare simpliciter malum
quod itaque est primum malum 4o 2 3o mea- (?) hec non est de se finde
ad hec sophismata manicheorum ad primum negando quod ad probationem
dicitur quod malum dictum per participationem fundatur in bono par-
ticipat namque primum bonum a quo habet esse et liberum est malum
per participationem primum bonum ab eo deficiendo non est autem malum
per participationem primi mali per essentiam quia nullum est tale Ad 2m
dicitur quod est dare malum secundum quod est actus difformis et malum
primum ad quod illud dicitur est voluntas se avertere que est quoddam
bonum creatum propagando per imitationem ymaginis primi boni si 3m
autem dicitur aliquid primum in malis per essentiam Ad 3m dicitur quod secundum
rationem mea non sunt contraria summe bonum et summe malum cum deus
nulli sit contrarium sed omnia cum que sunt contra cum libere conservat
in esse 2o quia summe malum negatur esse per aversionem sit quod non
posset esse maior aversio quia sicut in dependentibus non est dare
perfectissimum ita in avertentibus non est dare pessimum quod posset
esse posset enim perfectiorem creaturam facere que libertati sue
permissa maioribus donis abutendo posset se avertere Ad 3o quod est
dare summum malum quod est quia hic est caput omnium malorum
et videtur verisimiliter est primus angelus qui a maximis bonis
cecidit Ad 4o dicitur quod illud malum fundatur in bono entis scilicet vo- 2
luntate ipsius que libere se avertit Et ideo quod isti termini summe
bonum et summe malum per essentiam non sunt contrarii sed magis
participat namque contrariorum quia alius contrarium pro nullo potest
supponere quia adiectivum implicat quod aliquid per essentiam esset ma- 2
lum possunt tamen dici large contraria eo quod contrarietas disponentes
connotant scilicet unus perfector et alius defector Ad tertium quod
ubi est dare magis et minus respectu entis sui generis ibi est dare
simpliciter sed magis malum et minus malum non dicitur respectu
entis sui generis id est respectu mali simpliciter sed respectu boni a
quo unus magis deficit et alter minus nam sic bene arguendo

contingit sagittam respectu eiusdem signi dicitur unus bene sagittare quia
attingit et alius male quia ab ipso deviat. Ita respectu eiusdem
obiecti dicitur unus bene et meritorie agere, scilicet quia creatura ad ipsum
deum ad quem dirigenda sunt singula opera rationalis creature profi-
ciens. Alius autem male quia ab ipso deficiens, et unus magis quia
plus deficit. Malo enim ut dicit b. Dionysius 4° de di. no. oportet quod malum
habeat causam efficientem sed deficientem, quia in hoc est malum quod crea-
tura rationalis avertit se et deficit a bono. Octavo Manichei
assertione sui erroris talibus rationibus innititur. Quibus nituntur pro-
bare eorum sententiam videlicet quod sunt plura quam unum principia, et prima est hec. Eius
causa mutabilis, ipsum est immutabile. Cum ergo deus bonus
sit causa immutabilis, non est causa mutabilium. Secunda hec est. Ni-
chil est causa constructiva et destructiva eiusdem. Cum ergo deus
bonus causa est destructiva malorum, ergo non est causa con-
structiva eorundem. Tertia est hec. Contrariorum contraria sunt prin-
cipia. Cum ergo bonum et malum sint contraria, contraria habent principia.
Sicut enim summum bonum sit principium et causa boni, summum ma-
lum erit principium et causa mali. Ad primum dicendo quod ipsa est falsa,
creatura omnia variabilia facta sunt ab uno immutabili deo per quem
omnia facta sunt Ioh. i. et Job i. de filiis suis et ovibus et aliis
corruptibilibus dicit: Dominus dedit, dominus abstulit. Job iiij. Ecce qui
serviunt ei non sunt stabiles. Item psalmista: mutabis eos et mutabuntur.
Et Ecc. xvij: Quid lucidius sole et hic deficiet. Hebre. i: Et tu
domine in principio terram fundasti, et post ipsi peribunt, tu autem in
eternum permanebis. Item si vera esset eorum ratio, illorum cum sint
ab immutabili deo ideo sequitur quod omnes sunt immutabiles et ita
peccare non possent quod est inconveniens apud omnes. Nec est necesse
similiter quod effectus assimiletur cause efficienti voluntarie operanti.
Creatura statua pictor quia pingit ymaginem pulcram et pulcer
ymaginem turpem. Ad secundam dicendo quod non habet locum in volun-
tariis causis, quia idem artifex destruit quod ipse fecit. Ieremie xviii de
figulo. Et extra de regulis iuris: Omnis res per quascumque
causas nascitur per easdem dissolvitur. Sicut ergo artifex est causa con-
structiva malorum quo ad essenciam sic et destructiva eorundem
quo ad maliciam. Gen. vi: Delebo hominem quem creavi. Ad idem
O. b. d. s. verum. Ad tertiam dicendo quod principia sunt bonum et malum
morale. Moraliter autem contraria sunt boni mores et mali.
Et talium contrariorum est idem principium scilicet liberum arbitrium. Causa
tamen efficiens sive voluntarie operans potest esse causa contrariorum
eodem modo sicut figulus potest facere vas aliud vas in honorem aliud
in contemptum, et pictor facit ymaginem albam et nigram.

decorem et deformem. Ro. ix°. Et ab eadem matre sunt duo filii
quorum unus est exter, alius dilectus. Malachi i. Jacob dilexi
Esau autem odio habui. Et ab eadem radice spina et rosa. Et
de eadem vite fructus degener et fructus generosus, similiter et
uva et labrusca. Ysa. v°. et ge. xx. Et ab eodem libero arbitrio
bonum esse actus bonum et malum. Item sicut ex stipite ar-
boris flexibilis est virga, sic ex deo inflexibili est liberum
arbitrium flexibile ad bonum et malum, ad bonum quia ex
deo bono, ad malum quia ex nichilo, et ideo deficit. Et quia
ut ait Augustinus, ideo possibilitas a deo in creata, quia a non esse
in esse producta. Item secundum Christum ex eodem corde procedit bonum
et malum. Luce [...] et Math. xv. De corde exeunt cogitationes bone et male [...] ad vi. Ser. [...]
Item quia Bona et mala vita et mores [...] dicit quod bonum
et malum non sunt recte contraria, quia malum [...] et ideo non oportet
ut habeat aliquam causam sui excitantem. Unde dicit Augustinus quod ideo
fuit Manicheus deceptus, quia prius voluit scire unde malum
quam quid malum. Si enim scivisset quod malum nichil aliud est
quam corruptio, vel privatio boni, scivisset quod malum non esset nisi
in bono, quia naturaliter omne quod est in quantum natura est bonum est.
Et ideo dicit quod etiam demones naturaliter creati sunt boni ut infra
eodem. Item dicit quod bonum duobus modis dicitur scilicet essencialiter et accidentaliter.
Essencialiter bonum dicitur id quod seipso est bonum. Augustinus. Si boni-
tas est essencia eius, sicut causa prima. Et isti bono nichil est
contrarium ut dicit [...] [...] Augustinus [...] Multo for-
cius creatori [...] et accidentis nichil est contrarium.
Bonum autem accidentaliter [...] est contrarium malo et natum
[...] circa idem cum ipso, id enim contrarium susceptibile est. Bo-
num autem sic sumptum non dicitur de deo cum nichil accidat ei, quod
patet ex hoc quia actus dicit ei aliquod esse, sicut nigredo dat
ei cui accidit esse nigrum. Et ita prima causa [...] aliud
est esse ab illo quod a se, et ita non principium omnis esse. Sed
nota quod [...] bonum accidentaliter et essencialiter dicitur, malum tamen non
dicitur essencialiter sed accidentaliter [...] ad tenendum errorem suum
scilicet quod sint duo principia induxit Manicheus racionem sic. Ex altero
contrariorum non potest esse alterum, malum autem non potest esse ex bono
scilicet ergo ex malo. Et continuatur regressus usque ad principium malum
quod non est ab alio, cum illud non sit ex bono, ergo est a seipso
malo. Et ita est principium ex se et aliorum principium malorum, cum
alia sint ex ipso. Unde [...] premissa prime propositionis quod falsa
est quia ex calore quandoque fit frigus, quia in animali ut cum calor

aperit poros et evaporat et ita frigescunt propria membra. Et econver-
so per frigiditatem constringuntur pori et ita multiplicatur calor inte-
rius. Item ex bono vino est quandoque contumeliosa ebrietas. Item
ex bona et salutari medicina quandoque fit egritudo et mors cum quis
eam non debita mensura aut non debito tempore aut non modo oppor-
tuno accipit. Item ex bona sciencia est quandoque malum superbie et ia-
ctancie. Item de felicitate vite oritur quandoque inanis gloria et contemptus
aliorum. Item de alieno bono malum invidie. Item de luce quandoque
est obtenebracio visus aut cecitas cum lux ipsa fuerit nimia. Ex
quibus patet quod ex bono est malum. Item econverso ex bono ma-
lum est quandoque ut ex egritudine vite eternorum emendacio ex fla-
gellacione vero correctio et erudicio ut patet in hominibus et be-
stiis. Item quero an ignem et aquam dicant esse bona vel mala.
Si bona sed cum multa mala proveniunt ex istis ut ex igne com-
bustiones et ex aqua submersiones. Si dixerint quod mala. Sed constat
quod multa bona proveniunt ex illis ut ex igne tempore calefactiones
illuminaciones decocciones etc. Item ex aqua ablutiones piscium nu-
triciones agrorum fecundaciones molendinorum aquaticorum
multe utilitates. Item ex eodem homine sunt bona opera et mala.
Item cum secundum predictos errores bellum continuum sit inter principem
lucis et principem tenebrarum aut princeps lucis nocet in aliquo
alii aut non nocet. Si nocet aliquid igitur ei male facit et illud
malum est ex principe lucis. Et illud facit quae non solum ex bo-
no est malum sed ex optimo. Si vero nichil mali ei faciat neque face-
re potest et facit ipse princeps lucis cum sciat omnem veritatem stultissime
igitur pugnat contra principem tenebrarum. Simulat se nichil ei
posse facere posse malum et nichil ei facit. Item opponatur mani-
cheis quod aut aliquod est primum malum ante quod non est aliud aut nul-
lum. Si nullum ergo unumquodque est malum et malum ex alio quod est ma-
lum et ita in infinitum. Sed non potest esse infinitas causarum et
ideo non est procedendum in infinitum. Si vero est aliquod primum malum
et illud non possit esse ex bono ergo est principium in se et causa alio-
rum malorum. Respondeo per distinccionem eius quod est malum. [illegible]
dicitur malum nocivum ut herba mala vel morbus malus. Et sic ma-
lum dicitur ipsum nocumentum unde dicitur usualiter multa mala fe-
cit michi iste homo. Vel dicitur malum inordinatum sicut dicitur male
sedere quod non sedet in loco suo et ordine ut vir in sede humana.
Vel dicitur malum imperfectum privatum quacumque imperfectione sua
unde male operari dicitur qui cum operatur opera privata convenien-
tibus perfeccionibus sive circumstanciis qualescumque sint finis causa mo-
dus locus et tempus unde male operari dicitur qui non ex eo fine operatur
quo operandum est. Dico igitur quod si principium est malorum non est

nocivum non est malum per modum illum; si vero est nocivum
aut est nocivum simpliciter et ubique, aut est nocivum particulariter.
Certum quod si fuerit nocivum simpliciter et universaliter, quod nulli est perfectio
nulli ergo proderit. Et qualiter quod est datur esse et vite toti genti
tenebrarum, immo toti universitati mali secundum illos. Item licet
aliquid sit nocivum alicui vel malum, non ideo est nocivum vel
malum simpliciter, sicut si aliquid sit sanum alicui, ut ustio vel in-
dulcissimum / dignissimum / maria interpretatur amarum mare /
vel stella maris / aliter illuminata / vel illuminatrix / vel domina / na
que fuit amarum mare et demonibus / stella maris hominibus / illu
minata / vel illuminatrix angelicis spiritibus / domina creaturis omni
bus / virgo maria / virgo concepit / virgo peperit / et post partum virgo
  o nativitas temporalis ex virgine maria sequitur ex tempore est a nobis
  quod facta est propter nos / quia propter nostram salutem. Secundo quia in nobis spiritu
  Tercio quia propter nos / quia sine viro semine sed de spiritu sancto / et exemplum virgo
  et propter legem nature et hominem / Quarto quia propter nos / quia ab angelis denunciata
  pastoribus dicitur Gloria in excelsis deo. Lucas ii° / Quinto hoc est de hac re
  de loco / de civitate david / Tercio de certis
  invenietis infantem positum in presepio pannis involutum / Nota ex maria

Ad iste tres nativitates / Prima
in filii missa in nativitate domini
prima in nocte / quia generacio
et hec quis enarrabit
Ysaie 53. Tercia tunc in
cipit missa / quia in mission
et profunde / scilicet dum dicitur
adame filius meus es tu
ego hodie genui te. et in
tunc incipit missa al
tera / quia lux fulgebit
super nos / Secunda in die
Ebdomada altissime tunc in
cipit / puer natus
est nobis / quia
nunc veneranda
natus est ex virgine
quia propter nos
Et angelus de hac nativitate
qui est et dicitur
quod dicitur / invenietis

natat [illegible] ... est de virgine [illegible] ... [illegible] sola virgo ... [illegible] ... filium ... [illegible] similitudine viri ... [illegible] ... sic virgo maria ... [illegible] ... et in fide ad bethleem ... venit ... [illegible] ... et gentes

permansit. Et ante partum et in partu virgo fuit, patet per illud Isaie vii: Ecce virgo concipiet et pariet filium. Et post partum virgo fuit, patet per illud Ezechielis xliiii: Porta hec clausa erit et non aperietur et vir non transibit per eam, quia dominus deus ingressus est per eam, et clausa erit in eternum. Unde beatus Augustinus exponens in quodam sermone dicit: Quid est porta in domo domini clausa nisi quod Maria virgo semper erit intacta? Et quid est quod homo non transibit per eam nisi quod Joseph non cognoscet eam? Et quid est quod dominus solus intrat et egreditur per eam nisi quod spiritus sanctus impregnat eam et angelorum dominus nascitur per eam? Et quid est clausa erit in eternum nisi quod Maria virgo est ante partum, virgo in partu et virgo post partum. Hunc etiam locum assignat sanctus Thomas in tercia parte summe sue q. xxviii art. iii. Si enim Maria post Christum natum cum Joseph alios filios genuisset, tunc, sicut Elvidius hereticus dixit, et dicitur ingrata et non contenta de tanto filio Christo domino fuisset, et sic per ingratitudinem suam non per virginitatem amissam peccasset, quia derogasset perfectioni Christi, qui sicut unicus est filius dei patris, ita decuit quod esset unigenitus virginis matris, tanquam perfectissimum germen eius. Item Joseph multum temerarius esset, si ei fuisset, quod attemptasset polluere eam quam angelo revelante didicerat de spiritu sancto concepisse. Et fratres domini in ewangelio vocantur, qui secundum Jeronimum non filii Joseph aut Marie, quia ambo permanserunt virgines. Ambrosius libro de virginitate dicit: Impossibile fuit uterum virginis quem filius dei inhabitando consecravit alieno copule coitu incestari, quia haberet alium filium. Et similiter impossibile fuit quod committeret aliquod peccatum mortale domina sanctissima, quia esset corrupta, et per consequens dampnari potuisset, quod absurdum nimis esset. Item beata virgo in concipiendo et pariendo virgo fuit, et principaliter persuaderi hoc sic poterit. Primo quia congruum fuit, quia sicut mors per Evam virginem intravit, ita vita rediret per virginem. Secundo indecens fuisset dei filium nasci de muliere corrupta, eo quod corruptio non stat sine feditate, et ideo congrue, ut dicit Augustinus libro de incarnacione et generacione. Tercio sic: Christus alium patrem habuisset in terris et alium in celis, sic patris celestis dignitas fuisset ad hominem translata. Quarto decens fuit quod sicut Eva virgo facta est de Adam adhuc virgine, ita sic vir Christus de virgine muliere nasceretur, et fieret modus quatuor producendi hominem: primus [illegible] de muliere sine semine viri, secundum contrarie oppositum primi. Nam primus modus fuit ita producere Adam qui factus est de limo terre, non de viro nec muliere. Secundus de viro sine muliere, sicut in Eva que facta est de costa Ade. Tercius de viro et muliere, sicut in omnibus generabilibus naturaliter. Quartus autem

[illegible] ysa. 60 Veniet ad te qui detrahebant tibi. Et [illegible] ... [illegible] xi ... [illegible]

conceptio christi facta est in muliere virgine sine viri semine. Quis audivit umquam tale et quis vidit huic simile ut mulier esset mater et virgo et cuius esset deus et homo. Preterea mulier illa est singulariter veneranda propter gratie plenitudinem, propter gratie preeminentiam qua concepit et peperit, dignitatis celsitudinem propter [illegible] per eam potestatis et excellentie magnitudinem et propter glorie sive singularis magnitudinem, que mater dei facta est super omnes choros angelorum exaltata, celorum regina ornata. Ex quibus in hoc textu dictum reperiet quisque [illegible] inter alias alibi scriptas. Contra quod ut dictum est christus assumpsit carnem veram et vestem de virgine, reprobatur error Manichei heretici qui dixit christum hominem fantasticum fuisse et non verum hominem. Etiam dixit christum corpus celeste assumpsisse et sic in utero virginis descendisse et virginem illam tamen receptaculum non matrem fuisse. Per eundem reprobatur error Valentiniani qui dixit christum nullum corpus de virgine recepisse sed per eam tamquam per fistulam transisse. Secundo reprobatur error Eunomii qui asserit dei filium tamen carnem et non animam assumpsisse sed loco anime esse verbum incarnatum. Sed ut patet carnem animatam seu illa uno simul iuncta sed corpus et animam rationalem assumpsit. Tertio reprobatur error Eutiches qui dixit quod natura humana transisset in divinam et christum solum in natura scilicet divina extitisse. Ille confundit in christo naturas sic Sabellius confundit in deitate personas. Nestorius vero hereticus dixit in christo duas personas sicut duas naturas et aliam esse personam nature humane et aliam nature divine. Contra quod dictum est quod humana natura sit assumpta et deitati unita in unitate persone filii, quia persona non assumpsit personam nec natura naturam sed persona naturam, videlicet persona filii naturam humanam, secundum illud Leo [illegible] unita. Quarto reprobatur error Sarracenorum dicentium christum natum ex maria virgine de flatu dei, ita quod dominus dicitur in virgine flasse et de illo flatu concepisse, non intelligentes spiritum dei esse tertiam personam in divinis, sed credentes deus esse spiritum ut dicit Johannes quarto. Et similiter spiritus eius est deus. Nec est putandum quod deus spiritum habeat. Et illud Genesis primo: inspiravit in faciem eius spiraculum vite, est intelligendum id est creavit spiritum [illegible] hominis qui in eius facie opera vite ostendit. Nec est credendum spiritum sanctum essentialiter aut corporaliter per aurem aut [illegible] seu capitis verticem in virginem intrasse et per eundem locum sine [illegible] christum [illegible] natum fuisse. Sed ut Johannes Damascenus dicit christus per [illegible] portam sed clausam et illesam exivit. Nec est putandum quod spiritus sanctus se seu secundum substantiam suam in eam de novo descendit [illegible] concepit aut concipere debuit, sed bene effectum novum in ea operatus est et per hoc dicitur supervenisse in eam. Spiritus enim sanctus cum deus est ipse secundum suam essentiam presentiam et potentiam ubique

est / et de quo gratia creatura est nec potest se ab ea abstrahere illa manente
et econtra creature intimior est quam ipsa sibi est / Et ipse spiritus sanctus potest
illabi anime / sicut nulla creatura potest facere / quia sic solus deus est / quomodo
intuetur cor / in solis tamen sanctis spiritus habitat / licet in omnibus generaliter
existat / nec mirum / quia aliquando spiritus sanctus datur / sicut patet per magistrum sententiarum
in primo parte distinctione xxxvij / Quarto reprobatur error ebionitarum / qui
dicunt / xpistum impuratum conductum de maria per Joseph conceptum / Contra
nestorium / qui dixit [illegible] trino x genitricem / et non dei genitricem appe
llandam / ad designandum eum solum hominem et non deum concepisse / sed ut dicit
Johannes damascenus libro iij capitulo xij / Quia quem in una persona fi
lii dei divina natura patris et humana coniungebat / hic conceptus non ad
naturam sed ad personam filii dei est terminatus / et ea persona per duas naturas
secundum [illegible] coniunctas [illegible] dicitur est deus et homo / et est a maria virgine
concepta et nata / Quod ei ipsa merito dicitur / et vere consistit / non solum
hominis mater sed et dei genetrix / predicatur virginalem sed castitatem non
amittebat / Et sic quod virgo permansit / declaratur per similia potest / non quid est
magis difficile hominem nasci de virgine / quam hominem formari de limo terre
aut de costa ade / aut de nihilo creari / sed generose illarum morum possi
dei hominem producere sicut placet voluntati sue / quia omnia quecumque voluit fecit
in celo et in terra / ut dicitur in psalmo / Ad idem exempla in natura potest applica
ri natura sine corruptione vadens per lumine transit per vitrum et calor per
cristallum / secundum bernardum per cellam sicut per arborem / verbum per aurem cogitatio
per cor / sicut per ostium clausum ignis moysi [illegible] per rubum / Exodi iij
flos per virgam iesse / ysaie xj / sicut per virgam aaron / Numeri xvij
pluvia per vellus gedeonis / Judicum vj / Et sic de aliis multe
exemplis et signis / patet quod xpistus fuit conceptus et natus
de virgine sine eius corruptione

Notandum etiam istud articulum / et maxime circa illam particulam natus ex
maria virgine / quod sicut in xpo sunt tres substantie / scilicet divinitas / anima
et caro / ita in hoc eius est triplex nativitas / scilicet eterna / quia ex
patre natus est eternaliter / sine matre / et sic nascitur / ut dicit hila
rius / de qua generatione non sufficit mens humana / vox — de qua supra dom est
silet / non mea tantum / sed et angelorum / Secunda est spiritualis / qua
de mente singulorum fidelium nascitur per gratiam / mathei xij / Quicumque
fecit voluntatem patris mei qui in celis est / hic est et meus
frater et soror / Tercia est temporalis / qua natus est temporaliter
ex matre sine patre / et ista semel natus est / de qua generatione
et prima eterna dicit augustinus in sermone de nativitate xpi / Na
tus est xpistus deus de patre / homo de matre / de patre immortaliter
de matre virginitate / de patre sine matre / de matre sine patre / de
patre sine tempore / de matre in tempore / de patre principium vite / de matre
finis mortis / de patre ordinans omnes dies / de matre consecrans
istum diem / Hec nativitas est mirabilis et incomplicabilis
quia ut dicit augustinus Illum genuit / ille genuit / Quod virgo [illegible]

/quia caro verbum factum est / Sicut enim hec que genuit talis est
illud quod genuit quale / vis nosse qualis sit / quam sit na
tus est / audi quis et quantus est / unde describit eum Ecclesia
de ipso intuemur quantus sit iste qui ingreditur ad salvandas
gentes / ipse est rex iusticie cuius generacio non habet finem / quia
verbum patris / artifex mundi / lumen celi / pax terre / integritas ho
minum / salutis datorem / via errantium / [redacted] vivificatorem / me
dicina / benedictio / iocunditas / martirum victoria / confessorum
palma / adhuc audi amplius quis sit natus / confirmator mor
tis / oppressor dyaboli / petra fundamenti structionis dei / scala ce
li / ianua paradisi / civitas regis magni / agnus absque macula
et pascua / sponsus et sponsa / resurrectio et eterna vita / quod
ex ipso et per ipsum / et in ipso sunt omnia / Hec ille / Ecce
quanta mirabilis et inenarrabilis est nativitas eterna filii dei
de qua dicit propheta / Dominus dixit ad me filius meus es tu
scilicet per naturam et consubstancialis / ego hodie genui te / scilicet in eternitate /
et alibi ex utero ante luciferum genui te / De qua generacione
non loquitur autem iste / sed de nativitate temporali / de qua ad
mirabiliter volusiano scribit beatus augustinus in quadam epistola sibi
missa / tordens sui admiracionem exponens in hunc modum /
Miror utrum mundi rector et dominus intemerate femine corpus
impleverit / protulitque novem mensium longa illa sibi fasti
dia matris / et tamen virgo enixa sit plenitudine pariendi
post hec virginitatis pudore intacta / intra corpusculum vagientis
infantie latet / tum parvus iste putatur vivisse tabescere / patitur
puericie / adolescencie iuventute solidatur / et tamen diu sedis
sedibus abest ille regnator / atque ad unum corpusculum totius
mundi cura transfertur / Cuius admiracionibus et dubita
cionibus / beatus augustinus respondens in alia epistola volusiano desti
nata sic ait / Si racio queritur / non erit admirabile
Demus quod deum aliquid posse quod nos fatemur esse / si exemplum postulatur non erit singulare / fatemur et investigare
non posse / In talibus enim rebus / racio facti est potencia faci
entis / Et idem in alio sermone de nativitate christi sic inquit
excedit quidem dilectissimi intellectum quod si emitet humana eloquencia
facultatem divini operis magnitudo / et inde oritur diffi
cultas fandi / unde adest racio tacendi / quia de ihesu christo fi
lio dei non solum ad divinitatem spectat / sed eciam ad humanitatem per
tinet naturam / Unde glosa super id ysaie iam allegatum Generacionem eius quis
enarrabit et ait Inexplicabile est et inenarrabile sic sacramentum / quia mens
deficit / vox silet / non mea tantum sed et angelorum / supra potestates
et supra cherubin / et supra seraphin / et supra omnem sensum
est / quia stupet tempus in initiis / et omne successionum / stu
pet locus situatus / et omne divisionum / stupet motus variatus
et ex deffectu inimicum / stupet genus productionis et ex substantiarum

nec mirum quia secundum beatum Gregorium li. vi moralium / Divina miracula semper debet
considerari cum studio et numquam discuti per intellectum / Sepe namque sensus
humanus / dum querit rationem quarundam rerum et eam non invenit / in dubitacionis se
voragine immergit / Et ideo quanto minus capimus opera / tanto magis
veneratur sanctum conditorem / unde Ecclesiastici iii° dicitur altiora te ne quesieris
et fortiora te ne scrutatus fueris / non igitur alta sapientes sed humilibus
consencientes / quia perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. prov. xxv
Unde papa Leo sanctus [illegible] de hac ineffabili verbi incarnatione et
nativitate sua sic loquitur dicens in quodam sermone de incarna
cione Christi. Cupientes aliquid de solempnitate hodierna sacramenti natu
ralis nulla invenimus verba / quibus sufficienter aliquid dicere valeamus
quo digne et sufficienter loqui potest homo de deo / mortalis de immortali
visibilis de invisibili / mutabilis de immutabili / opus de opifice /
creatura de creatore / nec mirum / quia in hac gloriosa incarnatione et nati
vitate utraque natura scilicet divina et humana / in unam personam convenit / hic enim
soli fides credit / ratio non explicat / Ceterum modica de maximis
pauca de plurimis / parva sola de multis referendo propter admirabilem
et inexplicabilem incarnationem filii dei / quod deus pater misit in mundum
filium suum non ut iudicet mundum / sed ut salvetur mundus Ioh. iii° / et cum iam
venit a patre et venit in mundum Galat. iiii° cum venit plenitu
do temporis in quo misit filium suum in terram natum de virgine factum
sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret propter nimiam caritatem
suam qua dilexit nos / misit deus filium suum in similitudinem carnis
peccati Rom. viii° / O ineffabilis dilectio caritatis / ut servum redi
meres filium tradidisti / hic Bernardus admirans dicit / Verbum caro factum est
ut manna de celo descenderet / gaudeat esurientibus / de vinea ce
li botrus erupit / gaudeant sicientes / oleum effusum est / gaudeat
egrotantes / Et subdit / venit medicus ad egrotos redemptor ad
venditos / via ad errantes / ad mortuos vita / deus factus est homo
ut fieret homo deus / dominus factus est servus / ut servus fieret dominus
deus de celo ad terram descendit / ut homo de terra ad celos ascen
deret / deus factus est filius hominis / ut homo fieret filius dei / immortalis
factus est mortalis / ut mortalis fieret immortalis / dives in omnibus factus
est pauper / ut pauper fieret dives / obscurata est lux ut
nos illuminaret / esurivit panis ut nos reficeret / sitivit fons /
ut nos inebriaret / tristata est leticia ut nos letificaret / pa
vebat fiducia ut nos confortaret / lassata est requies ut nos
ad celestia dirigeret / hoc totum factum est a domino et est mirabile
in oculis nostris psalmus cxvii / ubi Christus in magnitudine in hac bene
dicta incarnatione fecit unitatem in misterio compassionis / Eius et
est mirabile in oculis nostris / hoc enim misterium fuit mirabile
ex parte concipientis / mirabilius ex parte modi concipiendi / mirabi
lissimum ex parte prolis / Mirabile fuit ex parte concipientis quia virgo
concepit et post partum virgo permansit / Mirabilius fuit quia sine
pudore / fecunda sine gravamine / gravida sine dolore pu
erpera / Ubi portavit stella solem / palmes vitem / rivus fontem

filia prem / creatura creatorem / fuit mater in partu / at filia plebs / fuit
quia ple posterior / contento inter / suu et virgo fuit / sed deo filium quem
habuit / maledictum legis euasit / ubi enim maledicte fuerit virginitatem
gignere / virgines quippe quia non generunt / gignere quae ecclesia dolo
re peperunt / sed vtrumque euasit virgo gloriosa / quia virgo genuit et dolo
rem non sensit / vnde sicut dicit Augustinus / Ihesus virginem non corrupit nascendo / fr.
solis / sic integritatem virginis ingressu / aut egressu violare non potuit
condicionibus / fuit insuper mirabilis corpore meo pertinendi / Nemo [illegible]
nomen fecit dominicum / summa tradabit virum / sed christum in corpore
in figura in anima / et terrene humanitatis / Erat etiam plebs ab omni
peccato aliena / et sic mirabilissimum / quia omnibus in peccatis nascentibus haec
destruxit / In hac autem plebe peccatum non est inventum / nec aliquis dolus
Prima pecco(rum) in conspectu haec plebs fuit mirabilissima / quia commisit domi
num / sicut est scriptum / eterna facta est temporalis / immensus factus est paruulus / summus
sit yrmi / incomprehensibilis facta est localis / simplex fit compositus
videtur invisibilis / palpatur impalpabilis / immortalis occiditur
De quo admirative dicit Augustinus / Quis vnuz ac estimare posset ut pro
tantum manibus federis / portatur orbis / ut panis alectum / vita
aliorum infirmaretur / vita omnium moreretur / O admirandum magni
gratia / O inenarrabilis pietatis / O ineffabile et magnum sacra
mentum / in quo primum vngitur vltimo / sine eius initiatur / ut fiat
alpha et o principium et finis / apocalipsis primo et vltimo / Et hoc com
stertio misteriorum / vnde de tanto misterio dicit propheta / Cantate do
mino canticum novum / quia mirabilia fecit / Saluauit sibi dexteram
eius / vbi propheta primo insinuat vnionem nature / sed dicit / mirabilia fecit
Vsque ad nos / Cantate domino quoniam magnifice fecit / annunciate hoc in vni
uersa terra / Exulta et lauda habitatio syon quia magnus in me
dio tui sanctus israel / Secundo explicat consumationem ambarum formarum
sibi dextera eius / Saluauit sibi dextera eius / diuinitas enim sine a principio illi / et quibus in illis / de suo tecto / post subiunxerit etc.
subditur vere dei forma / sed eam formam violavit / tanto namque sede
naturam utramque vnuit / ut nec inferiorem consumeret glorificatio / nec
superiorem minueret assumptio / sic dicit Leo papa in quodam sermone
de nativitate domini / Tertio propheta nos ad gratiarum actiones monet di
cens / Cantate domino canticum novum / Iubilate igitur in gaudio lau
dem domino dicentes / et omnia ligna silvarum plaudite manibus / quia
venit desideratus cunctis gentibus / Baruch iii° / vos igitur qui in pul
uere estis expergiscimini et laudate dominum et cantate canticum novum
/ ecce venit dominus ad salutem / ut saluum faciat populum suum / qui
venit ouem centesimam querere / ut eam ad ouile in humeris suis
reduceret / ut esset vnum ouile et vnus pastor / Venit eciam in
quietibus / ut infirmos sanaret / quia [illegible] de illis et sana
bit omnes / venit ad gloriam / ut nos donaret pro eius / Gloria et honore
coronasti eum / Respice de celo / quia venit ignis / querere et saluum
facere quod perierat / Luce xix / Venit magister / ut ignorantes instrueret
Psalmus xxxi / instruam te in via qua gradieris / Mathei xi / vos vocatis
me magister et domine / et bene dicitis / sum etenim / Venit via ut de
vios / ad viam veritatis reduceret / Iohannis xiiii / Ego sum veritas et via

perditos redimeret / et ad eternam gloriam finaliter perduceret Math xxv
Venite benedicti patris mei percipite regnum / Morbidi et infirmi convalescite /
quia venit Christus / qui egrotos salvat in nocte nunc sic / Exul-
tate dei amatores / quia descendit de celis filius dei ut nos faciat
sui regni coheredes / Letetur terra concinentes dicendo / Congaudete facte eius
semper / et non offendemus / quia in terris apparuit dei filius salus no-
stra / et ipse est unctus et gloria / Cantate voce alleluia / Cantate letitie
quia deus pater misit filium ut nos salvaret et ideo puer natus est
nobis et filius datus est nobis Ysaie ix / De qua gaudio nativitate
Christi Augustinus in sermone x de nativitate Christi dicit / Hodie natus
est Christus illuminator mundi / hodie Christus nobis per virginem apparuit
quem Gabriel angelus annunciat / et Maria virgo concepit de spiritu
sancto de nunc homo / Exultate ergo virgines / quia virgo nobis
peperit tamen sine corruptione manens / Exultate omnes christiani na-
talis est Christi / Exultate servi natalis est domini / Exultate li-
beri natalis est liberatoris / Exultate debiles et egroti natalis
lis est redemptoris / Et infra ibidem dicit / hodie Christus in letitia
est et diabolus in luctu / hodie angeli in consolatione et demo-
nes in confusione / hodie navis domini in portum venit et genitores
fundi iactantur in fluctibus / hodie Christus in consolatione et he-
retici in conturbatione / hodie nobis apparuit verus homo et eius re-
gni non erit finis quia ille / Et in sermone quinto de utilitate
nativitatis Christi dicit / nascitur Christus ut nascendo redintegraret
naturam / infantiam suscepit / patitur intinctam / preterit etatem ut
totam humanam restauraret naturam / portat hominem ne iterum cadere possit
/ hominem quem terrenum fecerat / facit esse celestem animam corpus humanum
vivificat induendo / et sic eum totum tollit in deum / Et in sermone
vii de nativitate Christi dicit / Cessit omnis sollicitudo / Christus nobis secundum
ad venit / Cessit omnis infirmitas / hodie salvator apparuit
Cessent bella destinet lites / pax vera de celo descendit / Cessa-
vit omnis amaritudo / hodie per totum mundum / melliflui facti sunt
celi / fugiat mors / quia vita nobis hodie data est de celis / hodie
super terram gaudent angeli / letantur archangeli / gloriantur apostoli
convivantur facti / turbantur mali / exultant boni / visum ceci re-
cipiunt / surdi auditum / claudi gressum / leprosi mundantur et tristes
letificantur / infirmi sanantur / mortui suscitantur / Hodie diabolus
et omnia cum eo demonia contremiscunt / quia restauratur hu-
manum genus / per multum dyabolum / quia Christus nobis hodie redemp-
tor apparuit / Et sermone ii super Joh. dicit / sicut hominibus nascen-
dum ex deo / hodie primo ex ipsis natus est deus / Christus enim verum
voluit nasci ex hominibus ut tu securus nasceretis ex deo [illegible]
Et in sermone vi de nativitate domini / In hac die mira tacet
impius veniam sperat / captivus redditum suo desperat / captivus
remedium querit / publicanus quia nascitur agnus qui tollit peccata mundi
Nativitas nostri salvatoris contulit gaudium de celo angelicum.

spiritibus / xpc nunc reparatorum / hic mundo tristi / gentibus xpc noua ad
illustrator / in limbo sedentibus patribus / xpc obtentus liberator / de quo
dicit ysaias / Consolabitur dominus syon / et consolabitur omnes ruinas
eius / et ponet desertum eius quasi delicias / et solitudinem eius quasi
ortum domini / et gaudium et leticia inuenietur in ea gratiarum actio
et vox laudis / De quo hester 8 Judeis noua lux oriri
visa est / gaudium honor et tripudium ad omnes populos / De
quo ysaias li / Et redempti sunt a domino reuertentur / et venient in
syon laudantes / et leticia sempiterna super capita eorum
gaudium et exultacionem obtinebunt / et fugiet ab eis dolor et
gemitus / Et idem ponit augustinus in sermone / quod filius dei de celo
descendens / et naturam humanam assumens / hominem in ipsa liberauit / et
deo patri ipsum reconciliauit / de dyaboli potestate liberauit / et choris
angelorum eum associauit / Ideo est tanto gaudio / et toti mundo utili
vtz de natiuitate filii dei per quam sumus redempti / exultare et letari
debemus / quia hec est dies leticie / qua fecit deus / exultemus et letemur
in ea / quia dominus misit redemptionem populo suo / ut sit hereditatem eius
Vnde sicut augustinus est summa gloria / et bonum / honorum cohibitum per naturam
xpi / quia non tantum confertur hominum summum bonum / sed celeste gau
dium / sed etiam aufertur ab eo omne malum preteritum miserie / et
future / Vnde mirum exclamat leo papa in sermone / Que mens
hoc sacramentum apprehendat / que lingua gratiam valeat singula narrare
redit in innocenciam iniquitas / in nouitatem vetustas / in adopcionem
veniunt alieni / in hereditatem ingrediuntur extranei / de impiis iusti / de a
uaris benigni / de incontinentibus casti / de terrestribus incipiunt esse
celestes / et quod est hec mutacio nisi dextere excelsi / Ecce
per tenebras venit lux / per captiuitatem libertas / per merorem
gaudium / quod gaudium angeli in celo continentes in se gaudere
non poterant / sed ipsum in terris pastoribus indicauerunt dicentes / Ecce
euangelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo / quia
natus est nobis hodie saluator qui est xpus dominus in ciuitate
dauid / Angeli pastoribus natiuitatem xpi nunciant / quia verus
pastor mundo natus est / qui posuit animam suam pro ouibus suis
Ex premissis de natiuitate temporali xpi patet quod per hunc doctorem pro salute generis
humani pariter natus et est / Et quo quia per ipsum designatus est nasci
in via / ut nos deuios reduceret ad viam veritatis / Johannis xiiij
Ego sum via veritas et vita / via sed recta / et veritas sine omni fal
lacitate / ducens ad vitam eternam / sine qua nemo venit ad patrem / In
grediamur ergo hanc viam tenendo veritatem / et vitam sequendo / quia
xpus est via / que perducit / veritas que confirmat / vita perseue
rantibus redditur / Et ambrosius in libro de bono mortis / Sequa
mur eum qui via / firma qui veritas / vnusita qui vita / Natus est
in nocte / tanquam lux / ut nos tenebrosos illuminaret / quia
ipse est lux vera / que illuminat etc. / contra illud prophete / Exortum est
in tenebris lumen rectis corde etc. / Natus est tempore frigoris tam
quam ignis / ut frigidos inflammaret / Luce xii Ignem veni

mitte in terram etc. Iste natus est in tempore quo incipiunt noctes dimi-
nui et dies augeri ut verus sol tenebras expelleret. Johannis
viii[o] Ego sum lux mundi. Iste natus est in Civitate tamquam unitatis
amator. Civitas enim dicitur quasi civium unitas. Johannis xi Ut
filios dei qui erant dispersi in unum congregaret. Iste natus est
in civitate parva ut nos per sue humilitatis doceret servare hu-
militatem. Matthei xi Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Congruit enim ser-
vo esse humilem sicut dominus est humilis quia excelsus sit in celis se-
dens in seraphin deum videt regem sedere in ymnos. Cum ergo terrenus in-
gressus admirandus quod apostolis diligendum quod corpus primordium
quam quod videns dei filium summum in regno angelorum novissimum
factum in regno hominum apponat adhuc tuo magistratui se super-
biam. Iste natus est in Civitate aliena ut nos doceret hanc vitam
pb esse peregrinam. Alienigena ego sum et peregrinus sicut et omnes patres
mei. Et ad Hebreos ultimo Non habemus hic Civitatem manentem
sed futuram inquirimus tamquam peregrini. Quia dicit Augustinus: Cives qui ad super-
nam Civitatem pertinent peregrini sunt huius mundi. Natus est in Civitate
Juda quod interpretatur confitens quia ipse tamquam summus sacerdos
omnibus vere penitentibus peccata dimittit. Qui dicit Ego sum qui deleo
iniquitates tuas. Et psalmista Tu es sacerdos in eternum etc. Et item Dixi con-
fitebor adversum me iniusticiam meam etc. Iste natus est in Civitate
David quod interpretatur manu fortis quia tamquam fortis pugil diabolum
debellavit. Ysaie xix Clamabunt ad dominum a facie tribulantis
et mittet eis propugnatorem et salvatorem. Iste natus est in sta-
bulo ut tamquam iumentum pondus viciorum et peccatorum portaret.
Ysaie liii Vere languores nostros ipse portavit. Et merito
in stabulo dignatus est nasci quia sicut stabularius mundat et pur-
gat stabulum sic Christus hodie natus mundat et purgat conscien-
cias hominum a peccatis. Unde psalmista Amplius lava me ab
iniquitate mea et a peccato meo munda me. Ecce sic secundum Gregorium insidendo
et in sinus ecclesie piando. Natus est in loco omnibus communi t
in diversorio ut se ostenderet omnibus quemlibet ipsum querentibus. Vel secundum
glosam natus est in domo aliena ut nobis domum propriam prepara-
ret. Sive ut dicit alia glosa in via et in publico nasci voluit quia
viam nobis ostensurus erat que nos ducat ad vitam. Vel in via
nasci voluit ut nos doceret non palacia propria et diversa oratoria
querere et inquirere. Vel in diversorio quia non quidem modo sed
diversis et alienis ab aliis natus fuit. Vel ideo in diversorio quia
non domum tamquam misere nec in domo mansurus erat. Iste positus
est in medio duorum animalium ut nos doceret tenere medium quatuor
virtutum cardinalium ut continencia temperancie abiciat et in medio
consistat quia in quo consistit virtus secundum Ethicorum. In hoc enim creavit
in medio animalium doceret nos tenere medium circa prudenciam
que extrema sit quo una parte calliditatis et dolositatis quo altera

Et fatuitas / medium vero horum continere est prudentia / si conservanda
continetur mensura utriusque est / Geminus abundat imprudentia est
si perstes in maliciam fatuitatis et dolositas / Albigenses vero istud articulum
sic exponunt contumaciam ipsum ad se credentem / Post hunc posuit Ja
cobus maior et dixit quod conceptus est de spiritu sancto natus ex ma
ria virgine / hic enim duo conceptus et nativitas / ad idem pertinent
sacramentum incarnationis / Secunda consequentia conceptionis est nativitas / Quod
autem dicit de spiritu sancto / per hoc quidem notat / potestatem et operationem / ut sit
sensus quod conceptus est de potestate et operatione spiritus sancti / non autem notat
materiam nec [illegible] / quia ille qui de sola aliquis conceptus est filius eius est
Christus autem non est filius spiritus sancti / sed temporaliter generando / non est factus de substantia
spiritus sancti / Quod autem dicit natus intelligit duas nativitates /
unam in utero / quia Christus naturam nostram assumpsit / et hic vivit / et aliam
ex utero / qua de utero in lucem processit / non reseratis claustris vir-
ginei pudoris / et ideo dicit de maria virgine / quia ipsa ante partum
fuit illibata / Item in conceptu fuit sine carnis concupiscentia / et in gra-
viditate sine pondere / et in partu sine dolore / De conceptu autem
dicit Luc. 1. Spiritus sanctus superveniet in te / et virtus altissimi obumbra-
bit tibi / De nativitate autem in utero dicit Mat. 1. Quod enim in ea natum
est de spiritu sancto est / De nativitate autem ex utero dicit Psalmista In sole posuit
tabernaculum suum et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.
Sicut sol radium / ita virgo suum filium de thalamo uteri sui protulit
incorrupta / De hoc autem quod virgo mansit ante et in partu et post partum
dicit Ezech. xliiii. porta hec quam vidistis clausa erit et non
aperietur quia dominus deus ipse ingressus est per eam / Eritque clau-
sa principi / hic est ad honorem principis / Hic est igitur articulus tercius

Quartum articulum composuit Andreas et est iste articulus et
Certe(?) passus sub Pon. Pi. cru. mor. et sep. / De quo predixit
Daniel ix capitulo post ebdomadas lxii occidetur Christus / Et idem
predixit Zacharias xii aspicient ad me quem crucifixerunt / Quod
in isto articulo vellet dicere b. Io. Credo quod verus Christus passus
fuit sub Pontio Pilato / qui sic cognominabatur a Pontia insula unde
erat oriundus / Unde b. Io. in presenti articulo describit quatuor veritates
veritates [illegible] ad salutem necessarias / per quas elidit quatuor
pravas hereses / et elicit quatuor moralia documenta / ex dictis
veritatibus / Et prima quidem veritas est de passione Christi / quia Christus
antequam fuerat crucifixus sustinuit / fuit namque flagellatus / illu-
sus / alapis cesus / et spinis coronatus / Et istam veritatem tangit
cum dicit passus sub Pon. Pil. / Secunda veritas est de Christi crucifixione
quam tangit dicens crucifixus / Tertiam de Christi morte cum addit mor-
tuus / Quartam de eius sepultura / cum dicit et sepultus / Et iste
veritates sunt distincte / quia sicut patet quia hora matutinali / Christus fuit
passus usque ad horam terciam / et hora sexta fuit crucifixus / et
hora nona mortuus / et de cruce depositus / hora vero ultima diei /

R. m. l.

Et Christus ait quod predixit
dominus esse ascensurum
Ierusalem et filius hominis
tradetur principibus sacerdotum
et scribis et condempnabunt
eum morte et tradent eum
gentibus ad illudendum
et flagellandum et
crucifigendum et tercia die
resurget [illegible]
[illegible] quod credat
[illegible]
filius dei ita natum est
ut credat quod Christus
passus est et mortuus
et quod tercia die resur-
rexit a mortuis

fuit sepultus / de ritu quo passus et crucifixus est / Later ista dicit
Dixi secundo quod per hec quatuor veritates excluduntur quatuor heretes
Primo Severianorum qui dicunt xpm fuisse hominem impassibilem / nec
passum fuisse nisi secundum apparentiam / secundum quod dicit Damascenus libro de
heresibus / Secundo Berginorum / quia Berginus hereticus dixit umbram
xpi tantum crucifixam / sic habetur in preallegato libro damasceni
Tertiam Agyrenorum qui dicunt xpm non posse mori / quoniam
et isti dicunt quod fuit genitus sine corruptione / Quartam Dar-
dianistarum hereticorum / qui dicunt quod omnia que fuerunt facta circa xpm
esse fantastica / et omnino non fuisse eius sepulturam / et de hiis he-
resibus et confutatione ipsarum infra plenius dicetur. Tertio dixi
quod ex dictis quatuor veritatibus accipiuntur quatuor documenta mo-
ralia contra peccata / Primum quod quilibet qui credit xpi passionem
debet animari ad patientiam in adversitatibus huius mundi / Nam si sit
hominibus legibus etiam tempore in patientiam / habuit tantam patientiam
quod voluntarie / sine sui culpa pro nobis voluit mori / multo plus
quilibet peccator debet equanimiter tolerare adversa / exemplum Christi de
quo Petrus dicit in canonica sua 1 Pe 2o c / Qui peccatum non fecit nec
inventus est dolus in ore eius / Qui cum malediceretur non male-
dicebat / Unde illi qui in adversis prorumpunt in impatientiam dupli-
cant suam penam / sed ista sit causa iusticie quia est pena peccati /
ideo cruciati sunt in gehenna pena et impatientibus / Illi autem
qui patienter sustinent adversitatibus diminuitur eis pena / secundum
Augustinum in libro de Civitate dei / sicut nolitio parit tristiciam / ita
volitio delectationem / que expellit non solum ... / sed et contingen-
tem tristiciam / impatientia autem est nolitio / sed in sua patientia est
nolitio / Unde dicebat salvator Luce xxi / In patientia vestra pos-
sidebitis animas vestras / Secundum documentum sumitur / quod omnis qui credit xpm passum
debet se animare ad passionem / quia si xpus pro nostris expiandis peccatis
elegit sponte mortis durissimum supplicium / quo gravius
inveniri non potuit / et quo minimum suffecisset ad satisfaciendum
alicui nos deo pro ... / Ita quilibet pro suo proprio delicto debet
assumere penam gravem et condignam ad expellendum peccatum
sicut faciebat apostolus qui dicebat 2a Cor 4 / semper mortificationem
Jhesu in corpore nostro circumferentes / Tertium documentum sumitur quod omnis
qui credit xpm mortuum debet se animare ad moriendum pro eo / et spe-
cialiter huic mundo / quia sicut homo mortuus in hoc mundo non potest
aliquid agere / ita homo deditus deo / nihil debet in mundano facere / iuxta
illud dictum apostoli Ro 6o / Existimate vos esse mortuos quidem peccato
viventes autem deo / Unde sicut monstruosum esset quod homo mor-
tuus faceret opera viventis / ita monstruosum est quod vir deo di-
catus dat se actibus mundi / Quartum documentum / ut omnis qui
credit xpm fuisse sepultum debet animari ad claudendum se
intra proprium locum / quia homo deo consecratus et devotus non debet

esse vagus / quod namque eum libet habitacio sua / libenter manet
in ea / Et hinc est quod viri devoti et religiosi / si inclusi eva-
gantur extra metas sui actus / signum est quod de suo statu et
habitacione non sunt contenti / Nam sicut locus debet suum locatum con-
tinere et servare / ita virum religiosum / et devotum claustrum
debet custodire et conservare / Et sicut omne locatum / nisi violen-
ter detineatur / movetur ad suum locum proprium / et appetit ipsum
/ ita viri religiosi et devoti / affectant ad suum claustrum
Contra illud Sapiencie viij Intrans domum meam conquiescam cum
illa / non enim habet amaritudinem conversacio eius / nec tedium con-
victus eius / sed leticiam et gaudium / Ad quod ut nos redimeret
filius altissimi dignatus est pro nobis pati / crucifigi / mori
et sepeliri / Unde ihesus xpistus filius David secundum carnem opta-
satis humanitatis nostre / lugebat genus humanum / quemadmo-
dum David filium suum absolon .2. Regum xviij / fili mi
absolon / quis michi det ut moriar pro te / fili mi absolon
Sic ihesus xpistus dominus noster desiderio desideravit pascha / cum di-
scipulis suis manducare / et pati pro nobis ut nos redimeret / et san-
guine suo a peccatis nostris lavaret Apocalipsis primo / dilexit nos
et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo / Tanta ut dicit beatus gregorius
in benedictione cerei paschalis / nichil nobis nasci profuit / nisi redimi pro-
fuisset / Expergiscimini anime devote xpisti crucifixi amatrices / et vi-
gilanter attendite / precium redempcionis vestre / nam filius dei propter nos non
in similitudine angelorum factus est / sed in similitudine hominis / habitu inven-
tus est ut homo / exinanivit semetipsum / formam servi accipiens / Phi-
lipp. ij° / Quod tractans Bernardus in sermone de domini passione ait / fi-
lius dei non solum formam servi accepit / ut subesset / sed etiam mali
servi ut vapularetur / et servi peccati ut penam solveret / cum cul-
pam non haberet / Igitur filie ierusalem / elevate oculos compassionis
vestre / ne dicatur / iustus perit et non est qui recogitet in corde suo
Ysaie lvij / Egredimini igitur filie syon / et videte regem salomo-
nem in dyademate quo coronavit eum mater sua Canticorum 3° / Coro-
navit namque eum mater sua maria / corona carnea in die concepcionis
sue et desponsacionis / qua desponsavit humanitatem in qua
passus est / Coronavit eum pater in die resurreccionis sue corona au-
rea / Psalmista dicit / Gloria et honore coronasti eum domine
Sed noverca sua i. synagoga / coronavit eum corona spinea in die
passionis / Unde Mathei xxvij / plectentes coronam de spinis
posuerunt super caput eius / et fecerunt in eum quecumque voluerunt
Sed quomodo potuit dei filius pati / cum sit deus / qui est inpassibi-
lis / et inmortalis / Respondetur quod ideo potuit pati / et passus est
voluntarie / quia assumpsit naturam humanam / assumpsit non solum
humanam naturam / sed etiam defectus eius naturales / scilicet penalitates corpora-
les / ut famem / sitim / lassitudinem / assumpsit etiam defectus

spiritualibus, ut tristitiam, gemitus et timorem, non tamen omnes defectus assu-
psit, quia non assumpsit egritudinem, nec carnis rebellionem seu con-
cupiscentiam adversus spiritum, nec ignorantiam aut aliquam culpam vel
maliciam, quia tales eius summe potentie derogassent, nec
eum decuissent, etiam nobis non expedivissent. De hiis plenius
habetur libro tertio Sententiarum distinctione xv. Defectus autem quos naturam hu-
manam communiter consequuntur, sicut primo nominatos assumpsit, et hoc
eum decuit, quia per tales sunt declarative veritatis perfecte
et testificative humanitatis vere, et non similitudinarie. Egritudinem autem
non debuit habere nec assumere, propter complexionem suam temperatissimam,
neque carnis rebellionem, propter perfectissimam virium inferiorum respectu
superiorum obedienciam. Et similiter non debuit assumere culpam
aut peccatum, propter perfectam quam habuit sanctitatem, innocentiam, gratie
plenitudinem. Nec ignorantiam decuit eum habere, quia omnia
scivit et plenitudinem scientie habuit. Unde in Christo fuerunt quinque
modi cognoscendi. Primus est et fuit secundum naturam divinam, quo co- Christo fuerunt quinque modi cognoscendi 1
gnovit omnia preterita, presentia et futura et omnia possibilia finita
et infinita cognitione actuali et comprehensiva. Secundus modus 2
fuit per gratiam comprehensoris, quia Christus anima cognovit per
habitum gratuitum tot et tanta quot et quanta capere potest
natura finita per donum infinitum sibi collata, tamen finite est unita
ac per hoc ad infinita cognoscibilia se extendit, que cogno-
scit actualiter et comprehensive, infinita autem habitualiter
et extendendo. Tertius modus est per gratiam perfectissimam, qua co- 3
gnovit omnia que spectabant ad redemptionem nostram longe ex-
cellentius et melius quam aliquis prophetarum vel etiam angelorum, et
hoc per habitum gratuitum infusum sive scientiam dei per speciem scientie illu-
minat. Quartus modus cognoscendi in Christo fuit secundum naturam inte- 4
gram, sicut fuit in Adam, quod per habitum naturalem cognovit
omnia ad modum mathematicam constituendam creata, sed Christus
illo quarto modo omnia illa longe excellentius quam Adam cognovit.
Quintus modus fuit secundum sensibilem experientiam, et sic modo cogno- 5
vit ea que veniunt ad organa sensuum, secundum quem modum
dicitur quod didicit ex hiis que passus est obedientiam, quia secundum
cognitionem sensitivam non simul cognoscebat omnia, sed modo hec
modo alia, secundum quod oportunum erat ad reparationem nostram. Ex pre-
missis patet quod quinque dicte cognitionibus Christus naturam per primum modum
habuit cognitionem ut deus, per secundum ut comprehensor, per tertium ut il-
luminatus per gratiam, per quartum ut viator, per quintum ut homo. Et
ex hiis patet quod Christus de omni statu hominis assumpsit aliquid
in se, nam de statu innocentie accepit peccati immunitatem, de sta-
tu nature lapse mortalitatem, de statu glorie gratie plenitudinem.

de statu nature glorie fruitionis perfecte certitudine / De his qua-
tuor statibus / Petrus li. iii° sententiarum dis. xvi a / et de Christi scien-
tia li° eodem dis. xiiii / Ulterius est sciendum / quod Christus passus est
/ primo passione generalissima / quia ulterius in perfectione corporis / et anime
/ non solum secundum omnia membra corporis principalis / verum etiam secundum
omnem anime potentiam / licet pati non posset secundum divinitatem / Secundo
passus est / etiam passione acerrima / quia libidine et delecta-
tione / quod non est proprium passi dolendo / ut patebat per vulnera
/ sed est dolendo ut compatiens pro delictis nostris / et pro magnitudine
eorum pro quibus patiebatur / libido siquidem si quidem infecerat in
nobis carnem / et animam quantum ad carnalia / et spiritualia peccata
/ hinc est quod Christus acerrima passione est passus in corpore scilicet
in carne / et amarissima compassione in anima / In carne quidem quia
in ea erat maxima equalitas complexionis / et perfecta vivacitas
sensuum / et fuit sensualitas delicata in penis / seu passionibus
ita quod non fuit relevata a deitate nec a virtute / aut suavitate
que erat in anima / sicut fit et fuit in aliis sanctis / in quibus pe-
ne amaritudo / fuit mitigata per caritatem vel suavitatem seu
aliam anime consolationem / sed et hec Christi dum nec sensualitas fuit
in penis totaliter delicata / sine adiutorio / porta remittere / hinc
dicebat ipse in cruce / Deus meus deus meus / ut quid dereliquisti
me / Math. xxvii / Cum concordat illud psalmi / factus sum sicut homo sine
adiutorio / Et licet tanta esset pene acerbitas in sensualitate in tri-
bulis maxima fuit delectatio / in superiori parte anime / Et ergo
dicunt doctores / Sanctus thomas in summa parte tertia q. xlvi ar. viii
Et bonaventura / super tertio libro sententiarum dis. xvi / quod tempore passionis
Christi in eius anima maxima fuit tristitia / et maxima letitia
/ et actio est dispensative / quia nec tristitia anime / neque penalitas
in sensualitate fuerat ab aliquo mitigata / in sua acerbitate / illa
namque acerbitas passionis / et tristitia anime / causata fuit ex eo / quod
anima Christi efficacissime apprehendit causas tristitie / Et hec erant
corporis lesio / corporis quibus patiebatur multitudo / et displicentia
scandalum / Sed dicis quomodo in eadem anima indivisibili po-
terant esse simul / et secundum duo genera / utique maxima tristitia et ma-
xima letitia / Respondet thomas / quod gaudium fruitionis non
derivabatur contra dolorem passionis / quia non sunt de eodem / nec
secundum eandem anime potentiam / quia gaudium fruitionis est de deitate /
secundum partem superiorem rationis / dolor vero passionis / seu etiam tristitia
/ erat de vulneribus illatis / et aliorum peccatis / secundum partem inferiorem
rationis / et vires anime inferiores / Nichilominus tamen concedendum est / quod
tota Christi anima secundum essentiam patiebatur / quia tota essentia anime
/ erat corpori unita / quo patiente ipsa fuit passa / Sic potest etiam
dici / quod portio superior rationis tristitiam habuit / sed non inquantum
ratio erat / nec inde obiecti sui / vel non inquantum videbat / in divina

sepius mala fieri / et primum illa erat / scilicet in quantum ipsa sic erat anime
potencia / que animam paciebatur tota / sine cenacione / quia corpus fuit vin
cta / et sic ipsa paciebatur passione subiecti sine quod suum delectatur / sicut
visus patitur pacientem per tantum in oculis / sine quod fundatur
visus / ponita eo oculis pungit / a etiam dissipatur per calorem
/ et ibi visus patitur / non passio est propria / a suo subiecto / sed pacitur
/ ab alio obiecto / Similiter modo potest dici de tristicia et leticia / compa
ssione / et congratulacione beatissime marie virginis / que tempore
passionis / maximum habuit gaudium / et maximam tristiciam / na
m gaudium sit delectatio in bono / et de bono / Bonum vero
duplex est / scilicet summum bonum increatum / et bonum summum creatum
/ hoc fuit redemptio humani generis / et illa duo demonstrant
affectum beatissime virginis / tempore passionis in summo / quia cognovit
quod per passionem / deo summo maxime fieret honor / et generi huma
no maximum acquireretur bonum / videlicet omnibus redemptio / et de utroque
bono summe delectabatur / et per consequens summe letabatur / maxime
etiam tristis fuit / et filio compaciebatur / quia apprehendit passionem
eius / ut suo appetitui naturali summe contrarium / et sic causavit
passio filii in ea / summum dolorem / sicut consideratio eiusdem pas
sionis / prout ipsa fuit redemptio generis humani / et via seu me
dium ad summum delectabile / in ea causavit summam delectationem
/ ac per hoc summum gaudium / congratulacione in voce / ut dicit voce gente
/ sed compassio existat in natura / simul et in racione ut dicit natura / velud in
telligant / et licet simul fuisse sic congratulacio et compassio in virgine
sicut supra dictum est in christo extitisse / summam tristiciam / et summam le
ticiam / Et quia tempore passionis / omnibus apostolis latitantibus / sola virgo tenuit
fidem et compassionem crucifixi dei et hominis / ideo ipsa sola est cum da
to quod privilegium compassionis / quod eo filius generis debuerit
/ ut ipsa particeps fieret beneficio redemptionis / ut sicut totum mundum
obligatur filio per passionem / ita obligaretur deo eius mater propter
compassionem / et fieret nostrum omnium per reconciliationem / cum quia tam gaudium spe
cialis / quia in passione facta est mater sui redemptoris / Tercio passio
eius fuit ignominiosissima / primo propter dampnationem loci / quia
in loco calvarie / Secundo propter supplicium vetitum / sicut Deuteronomio
xxi / Maledictus qui pendet in ligno / Tercio propter maleficiorum
consortium / Ysaias liii / Cum sceleratis deputatus est / passio
est autem ignominiosissimum supplicium generis videlicet auctoritate in evange
lio xxxiii q. q. mala / Et hoc voluit deus pati ut nullum ge
nus supplicii homines propter eum perhorrescerent / Etiam quia super
bia / aliquis surgit intus ex presumptione / aliquis extra ex ostenta
cione et aliena laude / ideo ad remediandum utramque superbiam
christus passus est utriusque generis ignominie / et dicit se paciente / et

passio christi fuit ignominiosissima propter multa

in contumitatem malefic[iorum] que habent [com]passione. Quanto passus
est passione intemptoria, que eum occidit, animam a corpore separavit,
deitate tamen non reliquit, nec ipsam ab anima, neque a corpore disiunxit
corpus in sepulcro et anima in limbo, mansit unita dei verbo
seu deitati et summo bono. Unde dicit Augustinus et Damascenus
Anathema sit qui dicit dei filium naturam quam semel assumpsit aliquando
reliquisse, unde li. iii. sententiarum dis. xxi. Sed in triduo quo mortuus Christus
fuit mortuus et non vivus homo, ymmo nec fuit homo, quia
mortuus homo non dicitur homo, ut ibi est. Circa premissa est sciendum quod
Christus iam predicto omni modo est passus voluntarie et non invite, scilicet
secundum voluntatem divinitatis sue, et scilicet secundum voluntatem rationa-
lem. Passio fuit contra voluntatem carnis seu sensualitatis sicut
exprimit ore salvatoris, quod dixit non sicut ego volo, sed sicut tu
vis, contra passio fuit contra inclinationem et affectum nature,
que est in sensualitate et carne. Et ideo Christus orabat secundum
eam voluntatem carnis cum premebat, quod passio ~~fugiebat~~ refu-
giebat, unde dicebat: transeat a me calix iste. Math. xxvi.
Voluntatem rationis voluntati patris conformabat, qui dicebat non
mea voluntas, sed tua fiat. Et sic una voluntas non erat alteri
contraria, quia secundum voluntatem divinam, quod instinctu erat voluit, secundum
voluntatem rationis, instinctu consensit, secundum voluntatem carnis
penam recusavit, attamen instinctu non contradixit. Et sic una
queque voluntas, quod suum erat operabatur, et quod ad se pertinebat
prosequebatur, voluntas divina instinctu, voluntas rationalis o-
bediendo, et voluntas carnis naturaliter. Ac per hoc non erat in Christo
voluntatum et pugna, sed pacata ordinatio et singularitas
ordinata. Unde consequenter dicendum est, quod Christus vere timuit et
vere doluit et vere tristis fuit secundum quod illa et consimilia notant
et significant passionem, non autem proprie sicut passionem. Unde pro-
passio dicta passione sue eo quod affectio dicitur propassio, quando anima se
afficiat, nec turbatur, quod oculus mentis non turbatur, sed contrahat
eam amaritudine vel sic, quod faciat eum a rectitudine vel a di-
vina contemplatione deviare. Si autem rectitudine faciat a rectitudine deviare
turbatur oculus mentis turbatur, et passio dicitur. Amplius sunt
dicta Augustini li. iiii.o de Trinitate. Et quatuor in eius satisfa-
tio sunt notanda, scilicet cui offertur, a quo offertur, quid offertur
et pro quibus. Ista debent hic adverti in dominica passione
quia dominus ipsius obtulit se pro, dicta quatuor, et non sunt
alia diviso. Sunt attenta mente considerare debemus, quis patitur,
quid patitur, pro quibus patitur, a quibus patitur, et quare, seu propter
quid patitur, et a quo cognitum pati. Revera ille qui patitur
est dei filius summe bonus. Sed querens quid et qualia pa-
titur, certe patitur in rebus exterioribus spoliatorum, quia in indutis

dict' a

pependit in cruce / in corpore amarissimam passionem / seu afflictionem / et in
anima maximam tristitiam / omnia namque genera passionum ad illa tria
reducuntur / scilicet ad rerum spoliationem / corporis afflictionem / et anime pertur-
bationem / Si queris pro quibus patitur / invenies quod pro peccatoribus iniustis
et iniquis / Si queris a quibus / etiam a principibus et iudicibus / et populis
a iudeis / et gentibus / psalmus Quare fremuerunt gentes / et populi medi-
tati sunt inania / astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum adversus dominum et
adversus christum eius / Passus etiam a feminis / ut de ancilla petrum accu-
sante / Item passus est a familiaribus / et a notis / utputa de Juda eum
tradente / et petro ipsum negante / Item in suis amicis / et discipulis
ipsum deserentibus / Item a latronibus et aliis eum blasphemantibus / Si
queris quare est passus / Dicitur quod propter peccata nostra / et pro salute nostra
Ysaias liii° Propter scelus populi mei percussi eum / Si queris quis eum co-
git talia pati / Respondetur / maxima caritas sua / quamvis namque alius
potuisset fuisse redimendi modus / ille tamen / quo nos redemit / fuit
nobis convenientissimus / ut dicit Augustinus libro xiii de trinitate / Unde apostolus
ad Ro. v. Commendat deus caritatem suam in nobis / quoniam cum inimi-
ci essemus christus pro nobis mortuus est iustus pro iniustis / Ex hiis igitur
dictis de christo eiusque passione / eliduntur specialiter quinque hereses /
Prima est Jacobitarum dicentium / in christo fuisse tantum unam volun-
tatem / et unam operationem / Contra hoc est / quoniam habuit duas na-
turas / sic et duas voluntates / et duplices actiones / nam lacri-
matus est ut homo / et suscitavit lazarum a mortuis / ut deus
Joh. xi° / Item exspuit in terram ut homo / et illuminavit cecum a nativitate
Joh. ix° / Secunda heresis est eorum qui dicunt christum non vere passum /
sed fuisse impassibilem / sicut fuit impeccabilis / etiam in humana
natura / Contra quos est illud Mat. xxvi Tristis est anima mea
usque ad mortem / et illud I Pe. ii° Christus passus est pro nobis / vo-
bis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius / Tertia est nicolai-
tarum / et quorundam paganorum dicentium / christum fuisse impassi-
bilem / et immortalem asserentium / quod cum iudei voluerunt eum crucifi-
gere / ipse posuit alium hominem loco sui / Contra / tunc christus fuisset
simulator / etiam vere non contristatus fuisset / nec fatigatus ex itinere / ut dicitur
Joh. iiii° / neque vere tunc diceret ewangelista sic incipiens Jhesus cepit
tedere contristari / et mestus esse / et ait tristis est anima mea usque
ad mortem Mat. xxvi / Item si non esset passus falsa esset scriptura
sacra / in multis locis / ut Hebr. ii° / ut per mortem destrueret
eum qui mortis habebat imperium id est / Quarta est iudeorum dicentium
quod christus fuit immortalis non potuit quia nos ex lege audivimus
quod christus manet in eternum Joh. xii. Sed contra hoc dicit Hebr. x
et Ysaie liii° oblatus est quia ipse voluit / Et Joh. x dicit salvator

Ego pono aiaz meam / et itm sumaz eaz / nemo tollit ea a me
s; ego pono eaz / Et itm gtia inditos di / Dan ix / post ebdomadas
lxxij / occidetur xpus et nō erit eius ppls qui eu negatus
est / Et ysa liuo di / Sicut ouis ad occisioy ducta est / Circa he
resis / e dicendum / xpm nō solum ppt homines / s; etiā ppt demo
nes redimendos incarnatum / et passum / et hec heresis astruit
a multis origeni / Sz q̄ hoc dr in simbolo niceno / Qui ppt
nos homines / et ppt nram salute et / nō ppt demones liberatos
Et ibidē / Crucifixus etiam p nobis sic / et nō p demonibus s; p
nobis / Et ysa ix / puer natus e nobis / et filius datus e nobis
Ro . iiijo / Traditus e ppt delicta nra / i pe ijo / xps passus est
p nobis et / Et ysa . liiijo / ppt scelus ppli mei percussi eum / ibidē
/ ipe vulneratus e ppt iniqtates nras / Et nullibi ponitur q̄ sit
incarnatus aut passus ppt pcta demonum / Circa xpus
dominus / sibi et nobis merebatur / ideo e sciendum / q in eo fuit
omnis meriti pfectio / et plenitudo / q illa oia in eo fuerunt
/ ex quibus consurgit meriti magnitudo / Primo quantum ad eum
/ qui merebatur / quia nō tm erat homo / sz etiā deus / s; in
merito eius multo attenditur dignitas merentis / Scdo quantum
ad tempus / in quo merebatur / q ab instanti conceptionis usq;
ad horam mortis / Tercio quantum ad illud / p qd merebatur / q
habuit pfectissimum habitum caritatis / et pfectissimum opti
mum virtutis in orando / in paciendo / et agendo / Quarto quantum
ad eum cui merebatur / q nō solum sibi / s; etiā nobis mereba
/ immo omnibus iustis / nō tm meruit sibi ipse / fruitionē dei
siue premium essentiale / q dei fruitionis aie xpi / et beatitudo
glie / precessit in eo oia merita / ppt summam dignitatem / quia ia
btissima aia habuit / a principio creationis sue / qn fuit
persona / filij / deitati unita / Quinto quantum ad id qd merebatur
nobis / merebatur enim nobis / nō tm gratiam / uincit gliam / et pe
ccatorum veniam / nō tm glam spūs / s; etiam stolam carnis / et
apertionem ianue regni celestis / que erat ante passionē / omnibus ho
minibus penitus clausa / ppt pctm primi parentis / sz in merito nr̄o
xpi radicantur omnia merita nra / siue sit satisfactoria pene
/ siue meritoria vite eterne / nec fuimus digni absoluti / ab offe
sa creatoris / nisi p meritum dei [illegible] hominis / Sexto quantum ad id
qd merebat sibi / q licz nō merebat s' glificationē meritis / quam
iam habebat / merebatur tm sibi ex humilitate passionis / aie impassi
bilitatem / sui corporis glificationē / resurrectionis acceleratione / sui
nominis clarificationem / et iudiciarie ptatis dignitatem / et hoc
est qd innuit aplus / ad philipp ijo . c / xpus factus e obediens
/ usq; ad mortem / sz mortem aut crucis / ppt qd et deus exaltavit

x nō fuisset ad unioz ubi
i cati ydonea nisi fu
isset btissima et dignis
sima / et sic fuit
verbi glie a princ
ipio creationis sue qn fuit
i persona filij uni
ta

illud / et dedit illi nomen / quod est super omne nomen / ut in nomine Jhesu / omne
genu flectatur / celestium / terrestrium / et infernorum / et omnis lingua con-
fiteatur / quia dominus Jhesus Christus est. Septimo quo ad modum quo me-
batur. Cum enim homo agimus dicat merentur vel debite facien-
do debitum / vel de debito faciendo magis debitum / vel de debito
vno modo faciendo debitum alio modo / omnibus modis meruit nobis
tercio modo vero / tunc sibi meruit / non enim primo / poterat sibi facere
de indebito debitum / nec secundo debitum / scilicet facere magis debitum
cum a primo principio concepcionis sic in vtero fuit sanctissimus / nec po-
terat in sanctitate proficere / sed tercio modo sibi meruit / quia bonum glorie
quod fuit sibi debitum / per graciam vnionis / fecit sibi aliud debitum scilicet
per meritum beate actionis / et sic meruit sibi vitam eternam / iam ha-
bitam / sicut meruit nobis vitam eternam habendam / Nota quomodo pas-
sio Christi iustificat nobis / et delet peccata / hoc enim facit / prout est
hostia oblata / hostia accedita / et hostia amata / hoc est passio
Christi iustificat / per modum meriti dispositiuis / et excitatiuis / et per
modum exemplaris digentibus / excitat enim passio nobis ad Christum
diligendum / et vltra informat nobis / qualiter debemus mori pec-
catis / quod sit exemplum / prima petri ii Christus passus est pro nobis nobis
relinquens exemplum / quod sit exemplar / habet ad Romanos vi. si complanta-
ti sumus similitudini mortis eius / Est ergo in passione domini / nutriendo
et hostia oblata / directio in ipsum est accedita / excitatio in ipsum est
amata / Et sic passio Christi dicitur iustificare per fidem / et dilectionem
/ quia hiis duabus virtutibus / iungimur ipsi passioni / tamquam fonti sa-
lutis / Quo Christus per passionem suam redemit nos a potestate dyaboli
/ et seruitute peccati / et reatum supplicii / Nam dyabolus habet duas
manus / ante Christi passionem / scilicet attrahentem / et repellentem / manus
attrahens / erat potestas eius / trahendi ad limbum / etiam iustos
et sanctos / manus impellens / erat potestas eius / precipitandi in malum
per fallaciam / et violenciam / prima manus erat tante potestatis / quod
nemo poterat ei resistere / et illa est totaliter amputata / per passionem
/ Secunda manus impellens / est debilitata / iam enim habemus virtutes a Christo
per passionem / contra eius fraudulenciam / et adiutorium conceditur
contra eius violenciam / et sic eius potestas est modo ligata / et hoc
ostenditur apocalipsis xx. ubi dicit Johannes / Vidi angelum descendentem
de celo / et apprehendit draconem / qui est dyabolus / Et Johannis xii. nunc
iudicium est mundi / nunc princeps huius mundi eicietur foras /
Tercia homo seipsum fecerat seruum peccati / et venundatus erat / et
malum in conspectu domini / fecerat / ac per hoc obligatus erat ad reatum
supplicii / a quibus dominus Jhesus / eum redemit / offerendo sanguinem
suum pro passione deo patri / cui facta fuit per hec iniuria / quod patet
secundum illud apocalipsis primo / Redemit nos deo nostro in sanguine

passio Christi multa bona nobis facit

Serpentem antiquum / qui est dyabolus / et sathanas / et ligauit illum per annos mille / et misit eum in abyssum / et clausit / et signauit super illum ut non seducat amplius gentes donec consumentur mille anni /

suo / et i pe i. Redempti estis non auro nec argento [corruptibili] sed precioso sanguine agni
incontaminati / liberamur enim nobis merito passionis sue a pena eter-
na / a pena temporali satisfactoria / et a pena que fuit inter illas
media / scilicet visionis divine carentia / Condonatur enim in baptismo
ex virtute passionis nobis culpa / et dimittitur pena / non solum
eterna que in temporalem commutatur / sed etiam a pena liberatur / quam
per satisfactionem homo debebat sustinere / et a pena carentie divine visionis
quam patiebantur patres in limbo / et est ablata / Unde dicit Thomas parte 3 q.
... per eius passionem causavit nostram salutem / triplici modo / scilicet per modum
meriti / per modum satisfactionis / et per modum sacrificii / De quo psalmista: Rex
noster ante secula / operatus est salutem in medio / De quo psalmista / Que
non rapui tunc exsolvebam / Hec satisfactio / fuit accepta in conspectu
dei / propter magnam christi caritatem / propter persone eius dignitatem / et
propter passionis acerbitatem / De quo ephe. v. dilexit nos et tra-
didit semetipsum pro nobis / oblationem et hostiam deo / Sic ergo homo in quantum
est a peccato per satisfactionem in passione et morte christi liberatus / sic est
per ipsum redemptus / Bernardus in sermone de Epiphania qui incipit /
Apparuit benignitas et humanitas / salvatoris nostri dei / Celeste
saccum plenum misericordie deus pater misit in mundum / saccum ... / et si
si parvum / tamen plenum in passione consciendum / de quo effundendum
est nostre redemptionis precium.
Agnosce igitur homo dignitatem tuam / qui tam precioso precio es rede-
mptus / Deus enim vitam suam non dedit pro toto mundo / quam tamen pro anima tua
dedit / Consequenter christus / post mortem / in cruce positus / et a pro-
ximis / Joseph ab arimathia / et nicodemo sepultus est sepul-
chro novo / quod erat scisum in petra / Fuit autem conveniens ut sepe-
liretur propter tres causas / ut dicit sanctus Thomas parte 3 q. li. ar. primo.
Primo ut probaretur veritas mortis / Secundo ut eo resurgente daretur
spes resurgendi hominibus per ipsum / i chor. xv. Si christus resur-
rexit / et nos resurgemus / Tercio ad exemplum eorum qui spiritualiter per peccatum
moriuntur / Colo. iii. Mortui estis et vita vestra abscondita est
in deo / Fuit christus honorifice sepultus / ut dicit Ysa. xi propheta
ubi dicit et erit sepulchrum eius gloriosum / Et merito / primo quia secundum
Johannem Crisostomum / quod autem christi omnia sunt magna / et mira /
peregrinum autem crucifixus est / omnium clamore sed ut nostris non
putamus hominem crucifixum / Secundo secundum est ad commendandum pietatem
eorum / qui eum sepelierunt / Unde Augustinus li. i. de Civitate
dei dicit / laudabiliter commemorantur in evangelio qui corpus eius de cruce
acceptum / diligenter atque honorifice tegendum / sepeliendumque cura-
verunt / Nec tamen est putandum quod corpus christi fuisset resolutum per
putrefactionem aut incinerationem / si non fuisset aromatibus conditum / nec
etiam non alio conservatum / sed christus ad ostendendum virtutis sue voluit
illud incorruptum permanere / scilicet per resolutionem in elementa / scilicet

Johannes damascenus / libro tercio / capitulo xx exponit de hoc illud psalmi
Non derelinquabis animam meam in inferno / neque dabis sanctum tuum
videre corruptionem / fuit autem corpus christi corruptibile / per mortem
violentam / eo quod vere mortuum et corruptibile / ante resurrectionem
et oppositum eius dicere est impium / et heresis galanitarum / ut
dicit sanctus thomas parte 3 q l ar v / quia si fuisset incorruptibile non
haberemus corpus nobis consubstantiale / dicendum ergo / quod corpus fuit
corruptibile et corruptum tali corruptione que fit per mortem / quo-
niam fuit a carne separata / et christus hac fuit caro christi mortua christus filius dei
/ ymmo christus hic etiam / quia caro fuit mortua persone filii dei morti
communicanda / ita ut filius dei / seu deus / dicatur passus / mor-
tuus et sepultus / non secundum diuinam naturam / sed humanam / nec hoc
derogat diuine dignitati / sed multum consonat pietati / nullum enim
verbum maioris dignationis resonare potest / in auribus cordis
nostri / quam quod unigenitus dei filius / fuit pro nobis debitoribus
mortuus / Et ideo hoc non tantum est assentiendum tanquam verum / sed etiam
frequentissime recolendum etc. Albertus vero ita quartum articulum
dicit / Johannes autem in isto loco / ponit dicens sic / Passus
sub poncio pilato / crucifixus mortuus et sepultus / Articulus iste
est passio christi / determinatio autem alia est / Et sub poncio pilato est
passus / quam quidem ponimus dicit quod denotat poncium consiliarium / sic
Cipio dicitur / asserimus quod denotat assertum / Et autem addit
crucifixus modum explanat passionis / et quod dicit mortuus
[quantitate?] declarat passionis quantitatem / et sunt per phil ij o / ubi dicitur factus
obediens patri usque ad mortem / mortem autem crucis / Et ad sit se-
pultus / non omnino dicit / sed ita morte addit officium funeris / iuxta tho-
bie iiij o Cum mortuus fuero corpus meum sepeli / et ideo sepultura
nihil addit nisi quod ad mortem pertinet / christus quod totum illud ad unum
et eundem pertinet articulum Ysa xi erit sepulcrum eius gloriosum
Pro clariori enodatione doctrine passionis / vel ex captionis capilla-
tionis / tractionis / maxillationis / flagellationis / conspuitionis / coronationis
/ crucifixionis etc. quia crucifixerunt eum / act xxvij o / Moueo istam
questionem / Utrum deo homini via iusticie / ad satisfaciendum pro Questio
homine competebat uti longa passione / et per mortem violentam
Pro eius quod dicunt homines [?] / et eius solutione / Pono tres gradus
primus est / debuit in assumpto homine de iusticia filius dei ad satis-
factionem pro peccato hominis admitti / Secunda / Nulla creatura / sed homo liber
deus dignatus est pati et mori pro homine / Tercia quo / Satisfactio equi-
ualens non potuit esse / nisi passione longa et morte violenta
Quas gradus resumendo / dixi in gradu primo / debuit in assump-
to homine de iusticia filius dei ad satisfactionem pro peccato hominis ad-
mitti / Sed unde eius admissionis iuste / pro tanto satis / Gilbertus
admittens in tractatu de saluacione hominis / ponit exemplum tale

Si quibus non ex se sed aliunde incidissent in culpam / pro qua sunt se tamen eo
conditore acce(pi)sset dampnationis sententiam / Si reus ita iniuste est / quod per
se satisfacere non potest / et sua liberatio est favorabilis / tunc iudex de iu-
sticia stricta / satisfactionem nocentis quam quasi eo similis debet admittere
per exemptore peccatoris / quod hoc dictat ratio / ut nullus exinde aliquid
minuere inrogat / Ergo ut fides docet statim ut homo seductus per de-
monem / factus est reus / et omino impotens ad satisfaciendum / sequitur quod deus
per filium suum factum hominem / omnibus culpe immunem / se libere ad satisfa-
ciendum offerentem / ut ubi et postea / iuste admittere debuit ad remediacionem
/ prestitum ex quo / in sua dampnationis / remediationis condicionem admi-
sit / quod ut in psalmo dicitur / Non potuit in ira sua continere miserationes
suas / Augustinus ex quo favorabilius erat remediacio hominis / quod 2 in
Augustinus ad quem ibat / ut deus de hominibus beatificatione et restauratione
ruine angelorum per homines / et completio numero electorum / et mundi
renovatione / suum impleret propositum / quia ad illa creaverat eum / Hec
ille / Et quod in hac admissione reperiri poterat iniustitie / ex quo deus
pro quo homines peccato erat offensus / inhonoratus / de sua possessione spo-
liatus / in sua intencione creaturarum emulatus et impeditus / ad istam remedi-
acionem misit unicum filium suum / et in hac missione elegit eum qui iniuste
eum efficacissimum salutis sibi valde in ministerio acceptum / sciente sine re(me)-
diandi modum / et potestatem omnino / et se ad hoc faciendum committere
Videtur quod clarissima fuit ibi iusticia / Unde est quod dicit Bernhardus quo-
dam epistola ad innocentium / Hec est iusticia hominis in sanguine redemptoris
/ sed aliunde reatus dampnationis / Cur non aliunde iusticia redemptoris
/ Si peccavit meus Adam me perdidit / Cur si meus Christus me non re-
demit / aut quid imputatur michi de eo fiducia(re) / si non pos-
sum iustificari ab alio redemptore / Hec ille / Ex qua actione est
probata sequitur conclusio / Et si iuste facta est hec admissio / oportebat
tamen erat ut inter reum / et reconciliatorem esset similitudo / Prima pro-
batur ex deductione actionis / Secunda est de mente Augustini xiii libro de tri-
nitate / ubi dicit / Nulla persona de iusticia dei admitti debuit / ad
standum pro pena hominis / nisi esset homo / Solum ergo admissa est homo
pro homine / similis pro simili / Unde Anselmus / sicut per se / caput pro
membris / Hec ille / Unde dicit Bernhardus vel supra / quod est iusticia dei / ut homo
est qui peccavit / et debuit homo esse qui satisfecit / quod peccat primus
homo / qui satisfecit deus homo / Cum enim satisfacere non posset
caput ex membris / Christus pro iustitiis sinebat / si per mittit hominem
in servitutem / cur si non redimet in sanguine / Si pro hominibus mori-
tur etiam non vita pro homine / Hec ille / Ideo oportuit / ut qui peccavit
et ille qui redemit restituit idem esset in modo / idem in persona
idem in supposito / quod alias inter eos esset omnimoda ydemtitas
/ et nulla similitudo / et redemptor nec esset deus nec caput
et sic ubi totalis idemtitas remediationis / Ex hiis concipit
sic eciam completare / Et si inter restitutorem et eum quem reddidit si(mul)
mediatur similitudines / Ex hiis eo subordinatur minus modo contrarietatis

Tercia causa totalis et plene sanacionis hominis requiritur non curasset
que privant deus per similia et contraria, similia quidem mitigat simplices
et contraria contrariis curantur. Unde Gilbertus admonetque in tractatu su-
pra allegato dicit: ex similitudine hominis ad hominem [illegible] dei digeste
sunt ad similibus contrariaque remedia emerserunt. Sic facta compensa-
cione hominis ad hominem, invenitur et novissimus homo deus, contra
primum patrem hominem, novus contra veterem, iustus contra peccatorem, auc-
tor reparacionis ad vitam contra auctorem [illegible] ad mortem,
portans penam et habens innocenciam contra contrahentem culpam et
obligatum ad penam. Et quia preponderavit deus homo puro ho-
mini, iustus peccatori, auctor vite auctori mortis, et innocens
reo, unde resultat proporcio eius ad illud quod excessus infiniti
ad finitum. Ideo competit racionibus et equitatibus mediatoris dei et
hominis respectu, et divine iusticie vindicte, iuxta illud psalmi: In equi-
tate tua vivifica me, psalmo cxxxix. Similiter compensando
etiam gravitatem destitucionis ad eam gravitatem salvacionis, illa qua
Christus instituit per restitucionem, potencia sit in infinitum, immo et
quia illius quibus destitucio facta est. Nam ut doctores ponunt
quidam, causa dampnacionis erat duplex, videlicet superbia, qua per
homo plus appetiit quam debuit, et inobediencia, qua noluit fa-
cere quod debuit, et incontinencia, qua vetito frui voluit quo
non licuit. Modo contra hec in remediacionem venit Christi humiliacio
summa, quia ad sputa et flagella; Christi obediencia summa, quia
in omnibus usque ad mortem, mortem autem crucis; benigna autem
penitencia dedit acerrimum potum, illius tibi in debitam de-
lectacionem [illegible], de quibus ista plenius probabit. Et quia in-
hec [illegible] et [illegible] et illa [illegible] potuit
ponere [illegible] compensando penam penis, infinitate infiniti
finitatem finiti, mortem morti, in omnibus que [illegible] sunt, pre-
ponderans et ad illa omnia que Adam fecerunt. Adam enim se-
mediat iniquitati ad iniquitatem, Christus iusticie in iustificacionem. Adam
erat infirmus ad ea que dei sunt, Christus ad ea que mundi et
carnis sunt erat [illegible] et in divinis fortissimus. Et quod
pene quas Christus subiit ut ista probabit, sic voluntate, sic li-
bere, sic ex caritatis fervore et ex plenitudine meritorum pro homine
non remediarent illas quas homo incidit quod noluit et ex labi-
litate non sufficiens [illegible] in hoc sensu potencia non erat de-
biti magnitudinem. Sic etiam in ipsis [illegible] mortis, mors enim
peccatum erat morbida et mortifera, mors corporis non consequens
peccatum erat iniusta et si debita et necessaria, mors vero Christi, quia
habuit duas causas illas quas, quia erat sanativa et sa-
lutifera et iniusta et sic indebita sed ex caritate et libere su-
scepta, ideo illas debuit evincere et destruere. Unde et Christus
in Osee 13 nominat hic mortem dicens [illegible] mortificatorem

vincit, o mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Propter que dicit
Bonaventura in libro de vii donis spiritus sancti: mediator dei et hominum Christus
Ihesus timore reverenciali patri fuit subiectus, spiritu pietatis hominibus
condescendit, spiritu sciencie pro satisfactione et hominibus liberacionem procu-
ravit, et ut de hoste humani generis in fortitudine spiritus trium-
phavit, spiritu consilii mirabilem modum triumphandi elegit, ut no-
vo et inaudito triumphandi genere vita tua morte divinitatem
et moriens mortem superaret. Erat enim unus moriens vicit h-
ille. Ex quibus talis sequitur. Et in opere redempcionis ita nobili-
ter dei sapiencia ut de potencia est senciendum, racio quia non
omnibus operacionibus et effectibus divine potencie ut sapiencie dictum
habent ordinem et immediatum ad opus salvatoris nostri. Operis
ergo erat divine assumere infirmitatem nostram et passibilitatem et
mortalitatem, ut sic ex similibus in genere et contrariis in specie redem-
cio fieret iam dicta consummaretur, sed non erat congruum ut assumpsisset
ignoranciam et stulticiam nostram, immo dicitur in hoc ostendit
summam sapienciam quia sic mirabiliter in similibus contraria stultat
quia sic quo contrariis contraria construxit. Nimirum enim est mirabile
quia ex tanta infirmitate tanta virtus exivit, ex tanta humilitate
tanta potestas, ex tanta deiectione virtus tanta emanavit, quia
secundum Bernardum quia contra adversaria primi parentis erat et omnem
potestatem diaboli superavit. Dicit Augustinus xiii de trinitate: Confundendus est
intelligere diabolus victus esse, qui videbatur vicisse; omnes enim
quos mortis condicione victos tenebat amisit, quod cum eum
nullus peccati reum asseret, morte tutus, crucifixerunt eum eum.
2a qo Dixi in questione secunda: Nulla coactione sed omnino libere dedit hoc
dignatus est pati et mori pro homine. Ista questio est de intencione
Anshelmi in libro Cur deus homo, quod deduxit multipliciter. Et dicit
passionem et mortem inter operata est virtutis, inter impossibilia sit,
quia pati et non etiam invite sustinet, aut ut passionem et mortem
declinare non potuisset. Deus enim ipse idem sit quia secundum deus
nullo nichil facit quod nisi quod vult facere et eius voluntatem
nulla vis cogere potest aut prohibere. Hec ille. Et ad confirma-
cionem istius facit Augustinus in iiii libro de trinitate: Christus non
deseruit carnem invitus sed quia voluit, quando voluit et quomodo vo-
luit, ubi Augustinus expresse voluntati eius subiciat non solum pas-
sionem et mortem sed etiam tempus paciendi et modum. Et pro
clariori veritate ostendis advertendum est et est sua talis thesis in 3a
parte sic. Anselmus libro 2o Cur deus homo videatur differencia,
quod cum primus potuisset non mori etiam et non pati, sed tamen non
habuit ex condicione nature, que quantum est ex se sicut ex mutabili
facta est ita etiam tendit in mutabilitatem mutabilis, sed habuit hoc
ex dono gracie dato ante, ut ipsa sicut est incorruptibilis
sic preter mortem aliarum formarum vitam indeficientem corpori
largiretur; Christus ergo ipse omnis defectus non indeficitabilis.

sm damascenum / ita etiam suscepit necessitatem / patiendi et moriendi
quia istorum necessitas consequitur totam naturam humanam / et nec cul-
pam nec diminucionem gracie importat / sed quia illud donum / quod
erat datum primo homini / scilicet habere excellenciam super animam et carnem / et
non hoc erat unita divine persone tamen omnia subiectum / ideo xpistus
diversam habuit potestatem / non patiendi / et non moriendi / si voluit
unam ex parte anime / et aliam ex parte divinitatis / hinc est quod potestis
x dicitur / potestatem habeo ponendi animam meam / et iterum sumendi eam
Et sic xpistus dixit / ut beatus thomas exponit / ostendendo se potesta-
tem divinitatis manentis / et idem gressa de ipso dicit / oblatus est quia
ipse voluit / et ad idem et idem Joh x dicit xpistus / nemo tollit animam
meam a me / exponit beatus thomas / me invito / sed ego pono eam
i. libere / passionibus et morti expono / Nec tamen voluntatem
violat hoc / quod omnipotens xpisti sibi causam mortis sufficientem intu-
lerit / quam eius mors secuta est / sicut enim quo ad insultantes /
ipsum xpisto mors erat naturalis / unde ipsum iam propinquo morte /
insultantes dicebant / sine / videamus si helias veniens libe-
ret eum / matt xxvii / sed quo ad xpistum mori omnino erat volun-
tarium / et omnino liberum / racionibus istis sunt hec / quia potuit
xpistus suos adversarios unico nutu reprimere et repellere / po-
tuit eorum voluntatem a non inficiendum comitem / potuit natu-
ram suam ab omni lesione ne noceret preservare / potuit mortem inimi-
ci declinare / potuit illis qui ad interficiendum voluntatem habebant
potestatem non dedisse / et tamen nihil eorum fecit / ergo voluntarie et
libere se morti exposuit / hinc est quod filius ad patrem dicit / ut
faciam voluntatem tuam deus meus volui / et legem tuam in me-
dio cordis mei / nec obviant huic omnimode libertati passi-
ones acerbe / et mors violenta / de quibus dicetur infra / quia
violencia habet in illis fuit per violentiam oppositam naturali
/ sed nihil voluntati quia voluntarium / quia totaliter passio et mors e-
venit contraria / nec libertatem violat secundum glosam in sermone augustini
/ qui dicunt xpistum in cruce ab hora sexta usque ad nonam passum esse
in cruce / quia ut Gilbertus dicit / non voluit per hoc / ut id
suppleret violentas enim ad tantum moriendum / sed quia violentus
se vigere permisit / ut tam quam illi latrones moreretur / Ex qua
racione sic deducta sequitur hec / primo implacido per passionem
et morte xpisti ipsius dei proposito de homine salvando / nichil
aufert de voluntario et contrario / Corelarium hic ex gestive
ducite procedit / et ioncos que possent venire in contrarium dis-
solvit / posset enim sic argui / deus precepit se sic fecit et non
contrarie / Item deus fecit hoc ut evitaret indecenciam / fecit
ergo coactus et non libere / quia apud deum incidendum indecens
est inpropte iudaeos seqedem est / ut homo ita nobilis creatura per-
iret totaliter / indecens est / ut deus non perficeret proposito iudeorum

est / ut quod deus bonum incepit non deduxit ad effectum / Hec ergo compulerunt eum mori / et propter quod non omnino voluntarie dedit se ad mortem / Anselmus ut hoc totum verbis solutum in suo stetit vi-
gore / multa ponit / et intendit circa dictum est / Deus constituit et prius constitu-
it creaturam hominem ad beatitudinem / et creando eum ad hoc / sciuit quod homo erat facturus / quo erat casurus / quo illam beatitudinem
erat amissurus / Ideo creando hominem obligat se quodammodo ad
eius reparationem / non propter se / quia nullo indiget / nec propter vitandam
indecentiam / quia illam non timet / sed quia est bonitatis fixe et
immutabilis / Ad necessitatem seruandi honestatem / et decentiam / quam
necessitatem a nullo alio sed nisi a seipso / et inde est / quod licet im-
mutabili bonitate facit / scilicet necessitate suadendi honestatem facit /
tamen quicquid facit liberum est / voluntarium est / gratuitum est / Non
ergo omnis necessitas aufert gratiam / aut beniuolentiam diminuit / sed
plus illa tamen quibus subiacet inuitus / Illa autem cum se cui spon-
te subicit / et eam sponte sustinet maiorem gratiam meretur / potest
enim / de vouente sponte sancte conuersationis propositum / Quamvis vo-
to emisso ex necessitate seruare teneat / et si noluerit cogi potest
Si tamen seruat libere magis gratus est deo / quam si non vouisset / et non
plus quam vitam / sed etiam eius licentiam sibi propter deum abnegauit
/ nec dicendi sunt isti vnde ex necessitate / sed ea quia professerunt
libertate / Si sic est in hominibus / multo magis in deo / non est inuen-
da necessitas / vbi nil operatur / coactus / in nihil sponsa / sed sola vo-
luntas / Et sic dicit / vbi supra / omnia que christus egit / et passus
est non necessitatem / sed alio enim ideo ex necessitate fecisse quod valuit
/ voluntate eius nulla necessitas precessit / Et ideo tangit prophe-
tia / et de fide virginis glose / predixerat enim propheta christum passu-
rum / et moriturum / et hec eadem virgo firmiter credidit / Et tamen
nec prophetia nec fides / christum ad patiendum et moriendum necessi-
tauit / Et est ratio / quia veritas fidei et prophetie / non erant causa
illorum / que super christum ventura erant / sed quia illa ventura
fuerunt / ideo et prophetia et fides vera fuerunt / Et ita Iohannes / dicitur
christum et veritas per ipsum christum facta est / quia constitute erant in vita
te impletio per christum / que premedita fuerunt / Ex his patet
predicto / quod pater etiam tradidit ipsum christum ad ignominiam passionis
et ad mortem / nihil adimit libertatem / sic enim de patre dicit
apostolus / quod proprio filio suo non pepercit deus / sed pro nobis omni-
bus tradidit illum / Ro viii / Et christus dicit de patre / nemo ve-
nit ad me nisi pater meus traxerit illum / Iohannes vi / Sic etiam An-
selmus dicit vbi supra / Christus dicit / Nemo autem ad moriendum quasi
me nisi pater meus impulerit eum / Pro eorum displicencia diat
ipse / cum deus dat alicui voluntatem indeclinabilem aliquid faciendi
/ sicut dicitur eum trahere / vel impellere / quia rursus sic sua volunta-
te indeclinabili / ad id / quod vult facere impellit / Pater ergo fili-
um tradidit / quia filius ut sit indeclinabiliter facit a patre

voluntate accepit / Et sic etiam pater dicitur dedisse filio mandatum ad
moriendum / et potestatem ad obediendum / non quod posuerit filio aliquam
necessitatem imposuisset / sed quia dedit illi voluntatem spontaneam
sibi gratam et amabilem / et ad hoc / et alia faciendum / Sic etiam nos
filius / habuit voluntatem sponte indeclinabilem observando sicut
et obediens pro nobis ad mortem crucis ad philipp ii° / Sic et
didicit ex hiis que passus est obedienciam / ad hebr v° / didicit
experimentum / quod prius sciebat per scientiam / Et didicit obedienciam
i. quam magna res faciendum est ex obediencia / Sic etiam / non veni
facere voluntatem meam / sed eius qui misit me / Ioh. xiiii / Ideo di
xit hoc / quia voluntas illa quam habuit / non ex quantitate
sed ex dulcedine venit / Sic et illud / Si possibile est transeat a me ca
lix iste / Math xxvi / Non dicit quia Christo fuerit impossibile ad
patiendum / sed exprimit per suam voluntatem naturalem salutis appe
titum / quo fugiebat mortis dolorem / Sic illud Si non potest hic ca
lix transire / nisi bibam illum / fiat voluntas tua / Ioh. xix / Non
ideo dixit / quod mortem sibi vellet vitare non possit / sed quia
mundus aliter salvari non poterat / nisi tu redimeretur / et aliquis
redimere non potuit / nisi Christus / Ideo dicit / si non potest i. quod aliter
redimi mundus non potest / nisi bibam calicem i. nisi per passionem et mor
tem meam / fiat voluntas tua i. fiat mors mea ut mundus redi
matur tibi / Hec ille / Quia quod ex voluntas patris placuit
/ quia eam approbavit / et non prohibuit Christum hoc velle / aut quod
volebat implere / ideo pater dicitur voluisse / ut filius suus tam pie
/ tam utiliter / tam sufficienter sustinuisset mortem / Hec Anselmus
Hec Christus tamquam contemplans / quod nullus rei adeptio tanta erat
moriendi Christo domino / ita quod nichil tale impulit eum ad
subeundum supplicium mortis / quia alias voluntas eius non
fuisset omnino libera ad moriendum / quod est contra gratiam et proba
tionem eius / Sed quid tunc est quod dicit apostolus ad phil. philipp ii°
de Christo / factus est obediens pro nobis ad mortem crucis / propter quod
exaltavit illum deus / et dedit illi nomen / super omne nomen / et
quod sequitur / Et idem in psalmo dicitur / de torrente in via bibit /
propterea exaltavit caput / psalmo c ix / dicit Anselmus ... Non ita
dictum sunt / ac si et nullo modo potuit pervenire ad illam exal
tationem / nisi per obedienciam mortis / Et ac si hec exaltatio collata
sit / non nisi in retributionem huius obediencie / quia antequam Christus
pateretur et moreretur / dixit omnia sibi esse tradita a patre
et omnia que patris sunt sua esse / Sed scripture quod ille invenit
quod per mortem et post mortem Christo erat a patre disposita fieri illa
exaltatio / contra quod illud quod sit per mortem / et post ipsam mortem
fieri dictum est / Et est quod dicitur exaltatus esse per mortem / quod mor
tem sustinuit / per quam et post quam illam exaltationem suscepit
hec Anselmus / Enim ergo qui libere passionis et mortis co
ditionem suscepit / quia quod libere suscepit / libere sustinuit / causa fuit

9o 3a

et tunc de correctione sequela. Dixi in correctione tercia satisfactio equalitatis
esse non potuit nisi per Christi passionem longam, et mortem violen-
tam. Et antequam ad probacionem veniam, recolende non indiget sunt
verba b. Thome, que in tercia parte sue summe ponit dicens: Circa
commensurationem redemptionis non solum attendenda est dignitas Christi
pacientis, eiusque voluntatis gratitudo, caritatis immensitas, et
ipsius vite infinita, quia ad hoc solum aspectum dirigendum mi-
nima pena. Et ut Bernardus dicit, unica sanguinis gutta satisfecisset
pro reparatione totius orbis. Sed aspiciendum est ad penam satisfactoriam
vero ad acerbitates dolorum, ad intensionem acerbitatis, et ad super-
gressionem intensionis, et ad excessionem supergressionis, que illa
natura assumpta, rex celestis divine offensionis suffinite, cum con-
gruencia compensationis divine iusticie. Dirigendo ergo ad hec con-
siderationis aspectus, sic debuit esse sufficiens satisfactio de offen-
sa: oportebat Christum pati longam passionem, et vitam finire non
naturali sed violenta morte. Et quod probatur ex triplici fundamento.
Primo sic: opus humane restaurationis dignissimum et nobilis-
simum opus Dei reputabat, a Christo iusto ad hoc ex hominibus
electo, ut idoneissimo et efficacissimo pontifice pro hominibus consti-
tuto ad Hebreos v°. Ideo secundum divinam iusticiam, ut Bernardus dicit,
tali ratione debuit deduci et modo, ut nullius tunc fieret evacuati
infra summam Dei eius perfecta sunt opera, Deutero. xxxii, et hinc est
quod dicitur ad Hebreos ii: decebat auctorem salutis per passionem consummari,
i. perfectum et consummatum ostendi, secundum glosam. Modo si passio Christi
fuisset brevis et mors naturalis, non posset ibi haberi modus
et ratio satisfactionis in summo, verum ergo est quod dicit Anselmus. Hec proba-
tur: Restauratio humani generis non solum erat dignissimum opus,
sed etiam arduissimum et difficillimum, et omnium plenum fatigacione,
secundum Bernardum. Ideo secundum divinam iusticiam in satisfactione Christus per
arduissima debuit omnia ad plenissimam obedientiam et ad sum-
mam caritatem incessanter. Tamen ut Anshelmus dicit: Et nullum
istorum defecisset, opera Christi pro ad tantum nos fuisset accepta
ideo utrumque Christus ostendit passione longa et morte violenta.
verum ergo est quod arte gelonius proposito. De primo dicit apostolus: Et factus est
Christus obediens patri usque ad mortem. De secundo soleat Christus
loqui Iohannis: maiorem caritatem nemo habet, ut animam suam
ponat quis pro amicis suis. Anshelmus dicit: Et Christus mortuus
est pro inimicis, et quod plus est pro nolentibus, et contempnentibus ac in-
imicis, non in utraque auctoritate mors violenta tenetur et innuitur.
Tercia ratio que longe precedunt passiones, tertio Anshelmus
probat istam conclusionem sic: Homo quo sequitur potentia(?) ... tanta fa-
cilitate seductus est a demone, ut facilius seduci non potuisset;
ad hoc ut peccando Deum exhonoraret, iustum erat ut Christus
satisfaciendo pro peccatis cum tanta difficultate et acerbitate demonem
vinceret ad honorem Dei, quod cum maiori virtute non potuisset

nomine nostro est / ut sicut homo peccans abstulit se deo totaliter / et se
per magis se auferre non poterat / ita satisfaciens sic se deo redderet
quod amplius se reddere non posset / Hec ille / Modo hec secundo est in illa
pretensa passione / in qua Christus ibat continue a minori ad ma-
iorem passionem / quia primo ordinavit aspersionis sanguinis / quam postea acerrima
morte vitam finiret / Tercio ut dicitur De / Christus ad passionum va-
rietatem addidit mortis horrorem / et ad hec adiecit turpitu-
dinem mortis / Ex quibus deducta sequitur hec conclusio / quod
dolores Christi passionis et mortis in acerbitate excedebat omnium
aliorum pacientum acerbitates / Patet ex pluribus quibus / alias enim
non per abundanciam / nec per difficillima inveniret / nec se deo per se de-
disset / ita quod amplius dare non potuisset / Patet etiam probatur
illius rationibus / Hinc est quod dicit propheta ad omnes pacientes de
quibus dicit attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus — De dolore Christi
Tren. 1. Nullus ergo dolor contritionis super peccatis contingens huic
dolori poterat comparari / Et ratio / quia quilibet solum dolet de peccatis
propriis / Christus vero dolorem suscepit pro peccatis omnibus totius orbis
terrarum quia nullus cum tanta sapiencia / cum tanta caritate / cum
tanta benivolencia fuit contritus / eo quod quanto quis contritus
fuit requirit in doloribus / Et quibus cum dicit sanctus Thomas
contricio secundum valorem et pondus / Nec putandum quod quidam inno-
centia Christi acerbitatem minuisset / Immo sanctus Thomas dicit quod innocen-
tia sua minuit non passionem sed non acerbitate doloris / Peccator
si quid dolet incidit in penam / primo dolet de culpa commissa
secundo de pena illata / Innocens autem solum dolet de pena /
augetur tamen sibi dolor / ex eo quia quod illam penam a se pre-
dit ut indecenter / et ultra hoc dolor augebatur in Christo / quia
pene inferebantur sibi ab illis quibus omnem benignitatem osten-
derat / Et ideo etiam ut ostendat Christum acerbissimos dolores
sustinuisse / cantat illud canticum / Popule meus quid feci
tibi / et receptum est ex Jeremia / ubi dicitur sicut de deo ad populum
feci vobis eiciens de Egypto / et duxit vos per terram inhabita-
bilem / per terram inviam / per terram sitis et ymaginem mortis / et in-
duxit vos in terram carmeli ut comederetis fructum eius et op-
tima eius / et cetera addit / quod plus facere debui / et non feci
Et tu parasti crucem salvatori tuo / Nec putandum quod exin-
de / quia Christus fuit perfectissimus ut dolorum acerbitatem sentire
renuntiaverit / quia ut dicit sanctus Thomas / virtutes morales non minu-
unt dolorem exteriorem dicte / quia dolor talis sequitur naturam
corporis / et non obstat ratio / et si quis minuit est conside-
rate / quod per redundanciam partium superiorum in inferiores / quod redun-
dancia tunc Deo in Christo non habuit locum / Ex hec colliguntur
et probationibus quibus sequitur sic / Et redemptio nostra
exigebat in Christo passionis equalitatem / in modo pacien-
di acerbitatem / in duracione acerbitatem perplexitate / et in mortis

generis sufficientissima satisfactor / Quodcumque enim ex hiis quatuor
defuisset / probationes ad concordandum adducte essent insufficientes / et ex
in precedentibus patet ex exemplo / Licet enim sancti sint / qui passiones
valde acerbas sustinuerunt / ut laurencius vincencius / et alii / Sed christus
quatuor ut dictum est / effectiue superexcessiue acerbitatem ce-
terorum omnium dolorum / et ponere qualitatis acerbitate induxit
Vnde passus est christus ab omnibus / et in omnibus a quibus / et in quibus
pati contingit / Ab utroque sexu / scilicet a viris passus est / A femina que
ancille accusabant / A viris etiam a iudeis / qui eum tradebant
/ iam a gentibus qui crucifixerunt / iam a principibus / qui iudicabant
/ iam a seruitoribus qui preparabantur iudicata / iam a quibusdam privatis
qui in iniuriis inferendis concurrerunt sicut legitur in passione / et
clamauerunt Crucifige / Et aliqua passus est a nobis / aliquid a
familiaribus / et aliquid ab amicis / Quidam enim ex eis ven-
didit eum / Quidam negauit eum / Quidam relicta sindone
et profugit ab eo / immo omnes relinquerunt / et in eo scandalizati
sunt / Et passus est qualiter in omnibus / et iam in fama per
blasphemias / iam in honore et gloria per irrisiones / et contumelias
iam in excellencia maiestatis per consputationes et adorationes
falsas / Et in rebus quia usque ad omnimodam nuditatem ipsum
vestibus exuerunt / et per eis miserunt sortem / Et passus est qualiter
in corpore et in anima / In corpore tam interius sicut exterius / In-
terius [illegible] intensitas [illegible] passus est totaliter effusione san-
guinis / extractionem totius humidi radicalis / omnium neruorum con-
tusionem / et ceterorum omnium debilitationem / In omnibus exterioribus
membris passus est / Et primo que sibi in vita cohesit / sicut
in cute / et carnibus / et hoc per ictus flagellationes / et con-
tusiones valde crudeles quia crudeles quamvis erant ex-
cessive et nulla pietate / nulla temperancia moderate / Deinde
omnibus membris officialibus / sicut in capite / in manibus / in
pedibus / in humeris / in auribus / Et in omnibus sensibus / In
visu per fletus / velationes / et colligationes / In auditu per derisio-
nes [illegible] et in [illegible] / In odoratu corpo-
rum fetidorum / In gustu / per aceti et fellis degustationem
/ et in omnibus hiis patiebatur / In sensu tactus / quia non est
agere et pati sine tactu et contactu / Ex ista qualitate passio-
nis / primo causabatur acerbitas doloris / Secundo causabatur ex
modo illas passiones inferendi / quia malicia et aduersariorum
voluit / et christi gracia et paciencia admisit omnes modos quibus
dolor sensibilis posset intendi / Et sunt [illegible] modi
illi / sunt puncciones / compressiones / distensiones / et contriciones / et
hec in membris neruosis / ut sunt caput quod passus est
puncciones spinarum / et compressiones corone per crudelitatem / et pe-
des ac manus que erant transfixa per clauos / immo et distensa
sunt in membris ac magis [illegible] inferebatur [illegible] con-
tinuitatibus / Ex quia superabat / effusio sanguinis / et [illegible]

illorum debilitatio / Tanta generis mortis acerbitate ingruebat / Mors
enim in ante conspectu acerbissima est / quia tussis fuit in locis vel
de sensibilibus / Et quanto corpus in cruce pendens ex gravitate
deorsum tendendo dolorem augebat / Et quanto pene dimensitas
/ quia ut Augustinus dicit / Augustinus non cita aliquis ut alii moriendus /
passus etiam est in anima tota / et in omnibus eius viribus / Ex quo
enim tota anima est in toto corpore / et tota in qualibet eius parte / Ergo
toto corpore cruciatus / et qualibet parte eius / Ideo et tota essentia
anime / et qualibet vis anime dolore cruciabatur / quia ex proprio obiecto
veniebat / Omnis quippe aliquid patiendo / et ita quilibet dum passa est
timorem / quilibet dolorem / quilibet tristiciam / Sed vis superior ex suo
obiecto similiter habuit patiendum / quia dimensitas quam intuebatur /
Unde non consolabat in tantum aliud / nisi gaudium et delectationem
/ passa tamen est et illa vis indirecte / quia passio totius anime redundabat
ad eam / secundum beatum Thomam / Et dolorem anime recipiebat acerbitatem
ex inde / quia omnes causas tristicie / tedium et timoris / efficatius
simul comprehendebat / cognovit enim perfectissime omnia peccata omnium
Ex morte sua discipulorum scandalum / et hic ergo passio et mors
ita sufficientissima in paucissimis erat efficacia habitura
Quod vero invenitur ante passionem dominus Ihesus sudorem sanguineum
emisisse in habundancia / ac si ex toto corpore / et ex qualibet
eius parte emisisset sanguineas lacrimas / Ex vehementia
doloris acerbissimi / Ex quibus omnibus sequitur tertio / Et
si aliquando Ihesus Christus devenisset ad finem operis sui / non tanti decoris
et utilitatis / Summus Christi operum mors est / quia sequebatur gloria
eius / Nam moriendo sine istis passionibus et naturali morte ve-
nisset ad gloriam / Ipse solus recepisset mercedem suam / et non
fuisset intencionem prosecutus / Ita non sibi ipsi sed pati debuit
dicit / pro se ipso pugnare / sed nobis et pro nobis / Tertio secundum
